





1795-

1. Ester, Ioannes Georgius: De comitiis et ordinibus  
Honore, presertim Comitatus provincialibus.
2. Ester, Ioannes Georgius: De ratione . . . in canon-  
ischen nobilitatum provocatione inauguaque geali-  
tia.
3. Ester, Ioannes Georgius: Nam Hector Saccularis impuler-  
et, si in latela Hectoris clericis agnati?
4. Homburg ex Vech, Henricus Ludov: De convalescentia  
victiorae alienationis.
5. Komigius, Ioannes Paulus: De juriamento appella.  
Lionis ad § 118 recensimus Imperii de a. 1654.
6. Lemep, Georgius: De pacto, quod vocant, pro-  
junctuali.
7. Puchterus, Iosephus: De jure seminarium ad-  
spiciendi et fiduciocommissorum facultate et le carum  
remuneratione, que fit exinde jam stipendiis  
culina.

1746.

- 1<sup>a</sup> st Brandt, Th. Ferdin. Guiz : De natura bonorum  
antorum . . . iure Germanico in dominio nostra  
pleno consistente . . . 25. Sept. 1746. 1741.
2. Breidenbach, Ioan. Terentius : De cautione appelle  
cationis solenae.
3. Ester, Ioan. Georgius : De locorum partitionibus  
Illustrissimorum Germanorum inter se præsertim ea  
quae vocatur Todtheilung . . .
- 4<sup>a</sup> st Ester, Ioan. Georgius : De jurisdictione curia  
rum clientelarum Germanicarum et de causis  
federalibus . . . 25. Sept. 1746. 1753
5. Homborgk zu Kuck, August Lul : De obligatione ad litigium
6. Ihmrich, D. Terentius Christopherus : De modo compa-  
landi fractus in separacione fundi ab aliis.









DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIDICA IN AVGVRALIS  
DE *G. 25. num. 43.*  
*17454*  
**CONVALESCENTIA**  
**VITIOSAE ALIENATIONIS**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO FRIDERICO**  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

PRAESIDE  
**AEMILIO LUDOV. HOMBERGK**  
*zu Bach*

IVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE ORDINARIO  
H. T. PROMOTORE

KÖNIGFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE:

PRO LICENTIA  
CONSEQUENDI SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES  
AD D. XXV MAII C<sup>10</sup>I<sup>0</sup>C<sup>10</sup>XXXXV  
H. L. Q. S.  
PVBLICO ACADEMIAE PROCERVUM EXAMINI  
SVBMITTIT  
**HENR. CAR. HOMBERGK** *zu Bach*  
HASSVS.

MARBURGI CATTORVM LITTERIS MULLERIANIS.

CONVENTUS  
MAGDEBVRGENSIS

DOMINO FRESCO

ARMIO LUDOVIC HOMBERG

1684

CONVENTUS MAGDEBVRGENSIS

ARMIO LUDOVIC HOMBERG

CONVENTUS MAGDEBVRGENSIS



## CAPUT I.

### DE CONVALESCENTIA VITIOSI

IN GENERE.

#### SUMMARIA.

- |   |  |
|---|--|
| §. 1. Vitium & morbus in<br>Aedil. Edicto separantur.               | §. 14. Puffendorffii & alio-<br>rum sententiae recensentur.                      |
| §. 2. Quid morbus a vitio<br>differat?                              | §. 15. Gotobfredi opinio ex-<br>penditur ejusque prima re-<br>gula.              |
| §. 3. Propria hujus loci signi-<br>ficatio.                         | §. 16. Regula altera.  |
| §. 4. Vitiosum quid?  | §. 17. Stryckii sententia ex-<br>pliatur.  |
| §. 5. Quædam initio vitiosa<br>esse, quædam fieri.                  | §. 18. Verum convalescentie<br>fundamentum indicatur.                            |
| §. 6. Dubio responsetur.  | §. 19. Remotio scilicet vitiis<br>ipsius, non causæ tantum.                      |
| §. 7. Quando vitiosum con-<br>valescere dicatur?                    | §. 20. Definitio convalescentie.   |
| §. 8. Quæ verbi confirmare<br>significatio sit?                     | §. 21. Vitium tollatur vel be-<br>neficio legis;                                 |
| §. 9. Ab initio vitiosum tra-<br>ctu temporis non convale-<br>scit. | §. 22. vel auctoritate Prin-<br>cipis;   |
| §. 10. Quod exemplis illu-<br>stratur                               | §. 23. vel confirmatione Ma-<br>gistratus;                                       |
| §. 11. & ratione confirmatur.                                       | §. 24. vel etiam facto priva-<br>torum.  |
| §. 12. Invalida tamen sape<br>convalescunt.                         | §. 25. Num invalidum jura-<br>mento confirmetur? Quod<br>negatur de jure Civili. |
| §. 13. H. Grotii sententia<br>proponitur.                           | A  |

§. 26.

- §. 26. Secus de jure Canonico.  
 §. 27. Singularis quorundam sententia affertur,  
 §. 28. & refellitur.  
 §. 29. Qua ratione invalidum juramento convalescat.  
 §. 30. Dubio respondetur.  
 §. 31. Contractus minorum invalidi juramento confirmantur.  
 §. 32. Num I. Canonici & bujus Authenticæ usus e fero proscribendus?  
 §. 33. Promissione sub fide generosa actus invalidos non confirmari.  
 §. 34. Vitiosum saltem convalescere, non vero extingutum;  
 §. 35. nec actus imperfectos,
- §. 36. nec conditionales.  
 §. 37. Convalescentia non nisi sublata vitiositatis causa locum habet.  
 §. 38. Negotium, quod convaluit, valere ex nunc.  
 §. 39. Quod ulterius ostenditur.  
 §. 40. Ratificatione tamen invalidum retro confirmari.  
 §. 41. Quod exemplo illustratur.  
 §. 42. Vitiosum convalescit vel jure Civili vel Praetorio.  
 §. 43. Convalescentia est vel propria vel impropria.  
 §. 44. Relique Mulleri distinctiones rejiciuntur.  
 §. 45. Monitum de veterum Ictorum in hoc argumento diffensu.

## §. I.

Vitium & morbus in Aedil. Edicto separantur.



**V**itium, unde vitiosi appellatio descendit, BRISSONIO (a) judice in Aedilium Edicto a morbo separatur. Aediles tamen has voces promiscue accepisse, VLPIANVM (b) statuere existimant A. ALCIATVS (c) F. BALDVINVS (d) I. GOEDDAEVS (e) & alii. Sed magis est, ut dicamus, Aediles agnovisse differentiam inter morbum & vitium, sed vitandæ ambiguitatis causa, utrumque vocabulum adhibuisse, ne quid forte, si de morbo tantum edixissent, redhibitioni locum daret, quod ea voce non contineretur. In hunc sensum capienda sunt verba VLPIANI in l. i. §. 7. de Aedil. Edicto, cuius mentem recte expresit V. C. IOAN. CHRIST. GOTTL.

*De convalescentia vitiosi in genere.*

3

GOTTL. HEINECCIVS (f), *Aediles*, inquit, *tollendae dubitationis causa utrumque junxisse vocabulum*, ne subtiliter disputationetur, morbis accensenda sit aliqua imperfectio nec neutrus enim concludit, si quid tale fuerit vitii sine morbi reprobatione locum esse.

- (a) de *V. S.* b. v.
- (b) in l. i. §. 7. de *Aedil. Edict.*
- (c) ad l. 101. de *V. S.* Op. T. I. p. 259.
- (d) in *Commentar. ad d. l. i. §. 7. de Aedil. Edict.* apud HEINECCIVM *Jurispr. Rom. & Attic.* T. I. p. 879.
- (e) in *Comm. ad d. l. 101. §. 2. de V. S.*
- (f) in *flor. spars. ad Aedil. Edict. C. III. §. 111. p. 74.*

§. II.

Ad ipsam differentiam quod attinet, MODESTINVS *Quid morbit censet, morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, bus a vita vitium vero perpetuum corporis impedimentum; veluti si differat?* talum excusset, nam & luxus utique vitiosus est. Item ictu movet N. CATHARINVS (b) morbosum ratus, qui talum excusset, non vitiosum. Quin vel doctissimi Interpretum in his verbis explicandis haerent. F. HOMANNVS (c) legit, *veluti si oculum excusset*, stultissimus ideo dictus CVIACIO. Sed optimam ictu medicinam atulisse videtur CORN. V. BYNCKERSHOECK, (d) qui ut in legibus emendandis felicissimus erat, erudita & ingeniosa conjectura, pro luxus legit luxus. Vulgatam tamen letctionem firmant GRÆCI (e) καὶ γαρ οἱ ἑτερόφθαλμοι εἰσιν.

- (a) in l. 101. §. 2. de *V. S.*
- (b) Obs. XXXIII. ap. OTTONEM T. I. Th. J. R. p. 483.
- (c) in *Comment. verbor. jur. Op. T. I. P. II. p. 783.* voc. morbus.
- (d) in *Obs. Jur. Rom. L. III. C. I.*
- (e) *Βασιλ.* L. II. T. II. p. 53.

§. III.

Sic in Aedilitio Edicto vitium accipitur. Verum *Propria* tamen ad alia quoque negotia, imprimis humana, ut *bujus loci reliquas*

A 2

*significa-  
tio.*

reliquas mittamus significationes, transferunt vocis hu-  
jus usus. Sic cum vitio facta dicitur substitutio (a) &  
testamentum vitio subjectum (b). Arque hoc loquendi  
genere omnis defectus, ob quem actus vel negotia nul-  
lius momenti sunt, vitium appellatur.

(a) *I. 41. §. f. de V. & P. S.*

(b) *I. 2. C. de edit. D. Hadrian. toll.*

§. IV.

*Vitiosum  
quid?*

Quidquid igitur defectu quodam laborat, *vitio-  
sum* est, & quidquid in jure nullum, inutile, irritum,  
nullius momenti vel inefficax dicitur, *vitiosi* appellatio-  
ne continetur. Quamobrem non tantum ad conventiones  
sed etiam ad ultimas voluntates referuntur.

§. V.

*Quædam  
initio vi-  
tiosa esse,  
quædam  
fieri.*

Si defectus statim appetet & impedimento est,  
quominus actus vigorem suum accipere potuerit, initio  
is vitiosus dicitur: Sin autem supervenit, & negotium  
ex valido reddit invalidum, actus vitiosus factus dicitur.  
Unde vel ab initio quid vitiosum est, vel initio quidem  
valet, sed temporis tractu vitiosum & irritum sit.

§. VI.

*Dubio re-  
spondetur.*

Non caret fundamento haec distinctio, nec juris  
rationi repugnat, ut ex valido aliquando fiat invalidum.  
Actum enim qui initio valet, irritum fieri, si talis casus  
existat, a quo incipere non potuisset, explorati juris  
est (a). Novum quidem ex sententia PAVLI non est, ut  
quæ semel utiliter constituta sunt, durent, etiamsi ille ca-  
sus extiterit, a quo initium capere non potuerunt: (b)  
hanc tamen PAULI sententiam non tam regulam esse,  
quam prioris, cuius mentionem fecimus, exceptionem,  
P. TABER (c) recte monuit, & multis modis accidere pos-  
se, ut quod ab initio valuit, postea irritum fiat, non est  
ambiguum.

(a) *§. 6. I. de nox. aff.*

(b) *I. 85. §. 1. de R. S., junct. §. 14. I. de legat. ibique  
VINN. cf. H. GIPHANIUM ad l. 140. de V. O.*

(c) *ad I. 85. §. 1. de R. I. n. 3.*

§. VII.

§. VII.

Quæ verbi convalescere vis sit, i<sup>c</sup>tri non definiunt. Duplicem autem illius significationem esse, satis *vitiōsum* constat, unam propriam, qua corporis sanitatem recipere denotat, alteram impropriam, qua μεταφράσις re dicatur? transfertur ad negotia humana. Hoc sensu, quod ab initio quidem ob defectum quandam non subsistit, sed postea vires accepit, convalescere dicitur. Sic promissio invalida, quæ postea valida efficitur, convalescit. (a)

(a) *Illustris Acad. Halens. Cancellarius c. WOLTRIVS*

P. III. *Jur. nat.* §. 558.

§. VIII.

Eodem sensu i<sup>c</sup>tri utuntur verbo *confirmare*, quod *Quæ verbi HEINECCIO* interprete (a) eit, *sublatu rei vel negotii vitio confirmare efficere ut res valeat*. Atque hac ratione adoptio, status significatio liberorum, testamenta, tutores confirmari dicuntur, sit?

quod leges ab ipso adductæ satis evincent.

(a) *ad ERISSON. de V.S. L. III. b. v. num. 2.*

§. IX.

Quæstionem ipsam, num initio *vitiōsum* convalescere possit, quod attiner, generalis exstet sententia *vitiōsum* PAVLI (a) *quod initio vitiōsum est, temporis tractu convalescere non potest*. De testamento relicis, Catoniana restructu non gula in specie definit: *quod, si testamenti facti tempore convalescit, deceperit testator, inutile foret, id legatum quandocunque deceperit, non valere.* (b) Cui convenienter IAVOLENVS

(c) statuit, *omnia quæ ex testamento proficiuntur, ita statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint.*

Cum IAVOLENO facit LICINNIUS RUFINVS: (d) *qua ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest.*

PONTIFICI quoque placuit *electionem initio vitiōsam ex post facto non convalescere,* (e) & *quod de jure non subsistit, nec temporis tractu firmari.* (f)

(a) *I. 29. de R. I.*

(b) *I. 1. ff. de R. Caton.*

(c) *I. 201. de R. I.*

A 3 (d) *I. 210.*

*Quando convalesce-*

*re dicatur?*

*Ab initio*

*vitiōsum*

*temporis*

*restructu non*

*convalescit.*

*decesserit,*

*non valere.* (b)

Cui convenienter IAVOLENVS

(c) statuit,

*omnia quæ ex testamento proficiuntur, ita*

*statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint.*

Cum IAVOLENO facit LICINNIUS RUFINVS:

(d) *qua ab initio*

*inutilis fuit institutio,*

*ex post facto convalescere non potest.*

PONTIFICI quoque placuit

*electionem initio vitiōsam ex post facto non convalescere,*

(e) & *quod de jure non*

*subsistit, nec temporis tractu firmari.*

(f)

(d) L. 210. eod. II. 17.

(e) c. 29. X. de elec.

(f) c. non firmatur X. de R. I. in 6. dilig.

§. X.

Quod  
exemplis  
illustratur

Quare testamentum ab impubere, furioso, filio-familias vel servo conditum nullius momenti est, ita ut licet testator postea pubes, sanæ mentis, sui juris factus decesserit, non convalescat (a). Item si servo alieno libertas non consentiente domino data est, valere ea ex auctoritate juris non potest, nec convalescit, quamvis postea manumissor domino hæres exstiterit (b). Quin nec servis, testamento dominorum, non data libertate, legatum seu fideicommissum relictum valer, nec convalescere id potest, quamvis post mortem testatoris libertatem aliquo ratione consecuti sint (c). Porro si pactus sim, ne a Titio petatur, quod alii debet, non proderit stipulatio hæc Titio, etiamsi mihi hæres exstiterit, quia ex post facto non potuit confirmari (d). Rem quoque sacram vel religiōam, vel publicis usibus in perpetuum relietam, ut forum, aut basilicam aut liberum hominem inutiliter stipulamus: nec convalescit stipulatio, licet sacra res profana esse cooperit, & usibus publicis relata in privatos usus reversa, & ex libero homine servus effectus sit. (e)

(a) L. 19. ff. qui test. fac. pass.

(b) L. 20. ff. qui &amp; a quib.

(c) L. 4. C. de Legat.

(d) L. 17. §. 4. ff. de pact.

(e) L. 83. §. 5. de V. O.

## §. XI.

¶ ratione  
confirmata.

Est enim negotiis humanis certus modus legibus praescriptus, quo non observato, sunt ipso jure nulla. Unde omnem negotii vim ex initio ejus aestimandam esse recte traditur. Tempus enim, quod nec inducenda nec tollenda obligationis modus est (a) nec GROTIUS (b) auctore suapte natura ullam vim effectricem habet. defectum

*De convalescentia vitiosi in gerere.*

7

b

defectum hunc supplere nequit. Atque haec ratio est, cur in speciebus, quas attulimus, convalescentiae non sit locus, quia vitium, ob quod actus irritus erat, durat. Quemadmodum enim solo temporis tractu non vitiatur quod valet; (c) ita & e contrario initio vitiosum solo temporis tractu non convalescit. Apposite STRAVCHIVS

(d) *Tempus non est qualitas rerum intrinseca, sed solum affectio quedam externa, cui ideo nulla competit in eas operatio seu potestas qualificandi, alterandi, aut similis.*

(a) vid. P. MÜLLER ad L. 29. ff. de R. I. l. 17. v. 11.

(b) L. II. C. IV. §. 1.

(c) l. 17. C. ad L. Corn. de fals.

(d) de Reg. Cat. th. X.

§. XII.

Quae cum ita sint, difficilis quæstio oritur, *Invalida* qui fiat, quod cum initio vitiosa temporis tractu confir- tamen sepe mationem non accipiant, ipsi tamen icti Romani inva- convale- scunt. scunt.

§. XIII.

Exigu momenti magnam partem sunt; que in H. Grotii terpretes ad L. 29. ff. de R. I. hanc in rem attulerunt. sententia Ponderasse illam suo momento videtur H. GROTIUS (a) proponi- hanc regulæ modo traditæ subjiciens exceptionem, nisi tur.

*nova causa jus per se parere idonea intercesserit.* Causa ictis quamlibet obligationum originem significat (b) & principium notat, a quo juris seu facultatis moralis existentia dependet (c). Hanc iurium & obligationum causam H. VVLTEIVS (d) aliam *summam* statuit, aliam *inferiorem*. Illam jus esse, hanc factum hominis recte docet. Agnoscit differentiam WESTENBERGIVS (e) quamvis verba captantibus aliter distingue videatur. Nam jus *remotam*, factum hominis *proximam* omnium obligationum causam vocat. Nobis res eodem videatur redire. Misericordia potius lite circa verba, observasse sufficit, utriusque causæ rationem habendam esse, cum utraque convalescentiae fundamentum esse possit. Neque enim tantum

tantum ex facto nostro obligamur, sed interdum etiam sine eo ex sola dispositione legis.

- (a) de I. B. & P. Lib. II. Cap. IV. §. XL
- (b) BRISSONIVS de V. S. voc. caussa.
- (c) WOLEIVS in Ontol. §. 881.
- (d) Jurispr. Rom. L. I. C. XXVI.
- (e) de causs. obligat.

§. XIV.

Pufendorfii & aliorum sententiae recententur.

GROTIUS sententiam suam facit PUFENDORFIVS (a) initio invalidum convalescere existimans, si accedat nova caussa, jus per se parere idonea. B. CHESIVS (b) vir elegantis doctrina ita demum valere regulam nostram opinatur, nisi postea caussa efficax superveniat, ex qua, quod initio non valuit, possit nunc valere incipere. STVRCIVS (c) regulam procedere ait, præterquam si nova qualitas trahet tempus intercedat. DECIUS (d) initio nullum confirmari putat: si caussa confirmans superveniat. P. MÜLLERVS (e) hanc limitationem tradidit, nisi caussa vel lex confirmans supervenerit.

(a) de I. N. & G. Lib. III. C. VI. §. 14.

(b) Interpret. Jur. L. II. C. III. n. 31. apud HEINECIVM T. II. Jurispr. Rom. & Attic. p. 343.

(c. d. e.) ad L. 29. ff. de R. J.

§. XV.

Gotofredi opinio expenditur, ejusque prima regula.

Alia ratione questionem expedire tentavit I. GOTOFREDVS (a). Duas constituit regulas, quibus servatis, in applicatione d.l. 29. nos labi non posse existimat. Prima est: in omnibus negotiis & actibus, in quibus leges statum rei vel personæ presentis pro forma spectari jubent, & ex quibus negotium statum seu substantiam capit, denique in quibus semel tantum velle possumus, locum obtinere regulam, sive de contractibus, sive de testamentis, sive de actionibus agatur. Nondum tamen ita satis expedita res est, quandoquidem pro explorato habendum, ea quoque negotia, in quibus leges statum rei vel personæ praesentis pro forma spectari jubent, haud raro convalescere.

*De convalescentia vitiis in genere.*

lescere. Nam quod ad *contractus* attinet, quos GOTHOFREDVS primo loco memorat, non est, ut quis dubitet: & si quem suspensum tenent, quae moveri solent dubia, is, si ea, quæ de convalescentia invalidæ alienationis afferemus, perpendet, non dubitabit. *Testamentorum*, in quibus leges vel maxime statum hæredis & testatoris spectari jubent, & *legatorum* convalescentium exempla infra tractabimus. Et quamvis *actiones* inutiliter instituta passim convalescere negentur: aliquando tamen novæ caussæ accessione confirmantur. Sic instituta ad exhibendum vel in rem *actione*, reum, qui litis contestata tempore non possedit, postea vero nactus est possessionem, condemnandum esse appetet. (b) Nec est quod quis objiciat, actionem his casibus aetori, quamvis non contra reum conventum, revera competere. adeoque convalescentiam, quæ initio inutile supponat, in hac specie ne fingi quidem posse. Verum cum actio realis, non nisi adversus possessorum detur, vitio omnino laborare censenda est, contra non possidentem impetrata & instituta actio, quamvis ratione actoris recte intenderet. Superveniente tamen post item contestatam possessionem, etiam ex parte rei actio utiliter instituta esse incipit. E contrario, si non dominus instituta in rem *actione* post item contestatam dominium cancellatur ex sententia PONTIFICIS (c) recte condemnabitur, quod, qua ratione de jure civili verum sit, VINYVS docet. (d) Tamen si igitur non uno loco actio initio inutilis eventu confirmari negetur, illam tamen ceteris paribus convalescere posse manifestum est. Quod vero *actiones* inutiliter instituta sepe non convalescant, inde est, quod leges non dederint locum convalescentia, quem dare potuissent.

(a) ad L. 29. de R. I.

(b) vid. L. 27. §. 1. de R. V., L. 41. de hær. pet. L. 30. de pecul. H. DONELLVS L. XIX. C. XIV.  
B Lit. B.

Lit. B. C. D. & L. XX. C. V. Lit. A. B., e.  
NOODT in Comm. ad Pand. Tom. II. p. 194.

(c) in c. Abbate X. de re jud. in 6.

(d) ad §. 1. l. de action.

### §. XVI.

*Regula altera.* Altera GOTHOFREDI regula hæc est. Si, inquit, non pro forma & substantia quid negotio substernatur, & prohibitionis causâ temporaria sit, tum quod initio vitiosum erat, et si non solo temporis tractu, attamen ex novo quodammodo consensu & voluntate convalescere incipit. Sed vereor, ut legibus, quas vir summus adducit, defendi satis hæc regula possit. Nam in speciebus, de quibus illæ loquuntur, leges convalescentiæ locum concedunt, quamvis ad statum rei vel personæ præsentem respiciant, eumque pro forma & substantia negotio substernant. De singulis videamus. Nulla est rei alienæ oppignoratio, (a) & creditor in re sibi oppignorata jus in re non confequitur, nisi debitor ejus dominus fuerit. De substantia igitur & forma oppignorationis est, ut res in securitatem crediti tradita, sit debitoris propria. Si tamen dominium ejus postea alquisiverit debitor, pignoris datio convalescit, & utilis actio competit. (b) Alienationem contra prohibitionem legis Iulie factam, ipso jure nullam esse constat. Est enim de forma & substantia omnis alienationis, ut qui alienat, facultatem alienandi habeat. Si tamen dos tota lucro mariti cessit alienario convalescit. (c) Si Rectori provinciæ vel coniugi aliquis donet quid, donatio non valet. Nam de substantia & forma ejus est, ut donator jus donandi habeat. Sed officio deposito, vel matrimonio morte soluto, donatione convalescit. (d) De nuptiarum forma est, ut contrahentes se in matrimonium ducere non prohibeantur. Hinc nuptiæ impuberum, Senatoris cum Libertina & officium gerentis cum muliere provinciali ipso jure nullæ sunt. Verum iusta ætate adepta, senatoria dignitate amissa & officio deposito nuptiæ convalescunt. (e) Nec in his

*De convalescentia vitiosi in genere.*

¶

His speciebus causa magis temporaria est, quam in illis,  
in quibus GOTHORREDVS convalescentiae locum esse posse  
negaverat.

- (a) L. 2. C. si alien. res &c. L. 2. C. de reb. al. nos al.  
L. 16. §. 1. 7. ff. de pignor.
- (b) L. 41. ff. de pignor. act., L. 22. ff. de pignor.,  
L. 5. C. si alien. res pign. det.
- (c) L. 42. ff. de usuc. l. 17. ff. de fund. dot.
- (d) L. 1. C. de contract. jud.
- (e) L. 4. ff. de rit. nupt., L. 7. ff. de Senat. L. 27.  
de rit. nupt. L. 65. §. 1. eod.

§. XVII.

A GOTHOFREDI sententia recedit quoque STRYKIVS. *Strykii sen-*

(a) Vitio illi vertit, quod obscurum quodammodo per tentia ex-  
æque obscurum explicari; cum non satis pateat, cur in plicatur.

His tantum, quæ indicat GOTHOFREDVS, non vero in  
aliis regula locum habeat. Ipse vero obtinuisse illam  
existimat in negotiis solennibus, quæ propter suam so-  
lemnitatem omni statim vitio carere debuerint, & vel  
ideo subsistere non potuerint; quod negotia solennia po-  
tissimum ex suis initisi aëstimata fuerint apud Romanos,  
in aliis autem negotiis minus solennibus usum regulæ  
cessavisse putat. Sed ne haec quidem probanda videtur  
sententia. Nam PAVLVVS indiffinitè negat, initio vitio-  
sum temporis tractu convalescere. Ex quo colligere li-  
cet, etiam in illis negotiis, quæ a Romanis certam for-  
mam non acceperunt, sed in simplicitate Juris Gentium  
relicta sunt, regulam obtainere. Exemplo sit pignoris  
jus, quod fine ulla solennium observatione constitui  
constat, & tamen si initio non est recte constitutum,  
temporis tractu non convalescit. Speciem AFRICANVS

(b) proponit. Quamobrem regulam a PAVLO traditam,  
non ad solennia tantum sed & omnis generis alia nego-  
tia pertinere verius putamus, ita ut si ab initio vitiosa  
fint, solo temporis tractu nunquam convalescant, five  
solennia fuerint five minus solennia. Quamvis enim

B 2

non

non desint exempla negotiorum solennium non convalescentium, qualia adduxit STRYKIVS, minus etiam solennia negotia saepius convalescant, nemo tamen inde conficiet, PAVLVM in illis tantum regulam suam locum obtinere, in his autem cessare voluisse. Neque ad rem facit, quod solennia potissimum negotia ex suis initis aestimentur. Nam in eo nihil praecipui praeter ceteris habent, cum in iis ad negotii initium non minus sit respiciendum.

- (a) in Uso Mod. L. XXXIV. T. VII. §. II.  
 (b) in l. 9. §. 3. qui pot. in pignor.

§. XVIII.

Ut vero quid nobis aliorum sententias inter se conferentibus in mentem venerit, breviter exponamus, ante omnia monendum est, ut sine vitio nihil vitiosum esse potest, ita nec vitio durante, id quod vitiosum est, unquam firmitatem aliquam & robur accipere. Hoc si ad eas species referamus, quibus icti vitiosum convalescere tradunt, verum convalescentiae fundamentum in remotione vitii, quo negotium laborabat, positum esse apparebit.

§. XIX.

Ne autem cum aliis erremus, vitiositatis causam separabimus a vitio ipso. Causa vitiositatis vocatur id, in quo continetur ratio, cur aliquid vitiosum sit, five ratione personae, five objecti, five formae negotii negligenter. Illa sublata non statim ipsum vitium simul remotum censetur, quia cessante causa effectus durare potest. Idque A. TIRAQVELVS (a) voluisse videtur, quando ne submoro quidem impedimento invalidum convalescere tradit. Sic si testamentum ab impubere conditum est, & is puberitatis annos egrediatur, causa quidem, ob quam testamentum antea conditum irrritum est, cessat, ipsum tamen testamentum ideo non convalescit: quia omnium negotiorum vigor ex initio eorum pender, & hinc vitium, quo testamentum illud laborabat, durare censetur, causa vitiis

*Verum  
convale-  
sciente  
fundamen-  
tum indi-  
catur.*

*Remotio  
scilicet vi-  
tii, non  
causae tan-  
tum.*

vitiū quamvis sublata. Similiter rei sacræ stipulatio non valet. Et si in commercio esse coeperit, ab eo quidem tempore in stipulationem recte deducitur res, quæ sacra esse desit, sed prior stipulatio irrita manet, quia initium ejus vitiosum est, ut ne nunc quidem eo defectu varet. Idem est in conventione errore inita, quæ non tenet, quia consensus de forma cujusque negotii est. Error autem excludit consensum. Errore cognito, causa quidem cessat, ob quam conventio nulla erat, ipsum vitium autem durat. Quare ut vitiosum convalescat, causam vitiositatis cessare non sufficit, sed ipsum vitium tolli oportet. Illo vero remoto, invalidum convalescere ipsa ratio dictat.

(a) *in tract. cess. causs. cess. effect. lim. 12. & 19.*

§. XX.

*Convalescentia* itaque est effectus, qui remotio *Definitio* nem vitii sequitur, quo initio vitiosum sublata *convale-* *sentia.* *vitiosita-* maluimus, quam cum p. MULLERO eam describere, quod sit actus seu negotii ab initio non valens, aut in pendenti haerentis ex post facto legitima seu juribus conformatio. Vel: actus invalidi per novam quandom causam supervenientem inducta validitas seu subsistens.

(a) *in Diff. de Convalescentia C. I. §. IV. Ien. 1685.*

§. XXI.

Ex definitione inferre licet, convalescentiam a re- *Vitium* motione vitii pendere tanquam effectum a causa. Quo- tollitur be- modo autem vitium tollatur, non inter omnes conve- neficio le- nit. Sed si exempla, quæ passim occurunt, inter se gis, conferamus, obscurum esse nequit, vitium aliquando tolli beneficio legis, interdum principis auctoritate, subinde magistratus confirmatione, saepe etiam facto privatorum. Lex vitium tollit, quando vitiosum vale- re jubet, nec convalescentiae locus esset, nisi lex dice- ret,

ret, id quod vitiosum est, convalescere. Species, quae illustrationi sufficit, est in l. 13. §. 2. ff. de milit. tēβ.

## §. XXII.

*vel auctoritate Principis;*

Principis auctoritate tollitur vitium, quando is actui invalido robur addit, ut cum per se subsistere non possit, accedente Principis confirmatione, firmus & validus reddatur. Non tamen omnia negotia Principis confirmatione convalescunt, sed ea saltem, quorum vigor a dispositione Juris Civilis pendet. Argumento sit matrimonium in gradu jure divino prohibito contrarium, quod ut subsistat, ne Princeps quidem efficere potest. Unde non male quidam jura Principis in confirmandis actibus subditorum invalidis hac regula circumscribunt: quatenus Principi competit facultas dispensandi, eatus pollet facultate defectus & nullitates actus tollendi. (a) Ut ergo confirmatio Principis effectum habeat, negotium arbitrio ejus relictum esse oportet. Quamobrem cum Legislator essentialia negotii mutare nequeat, consensum partium supplere non potest. Confirmatio enim ulterius extendi nequit, nisi quousque potestas confirmandi progrederit. Quocunque itaque negotium, nequidem Principis auctoritate ab initio valuerit, confirmatione ejus ex post facto non convalescit. Cæterum si actus sui natura confirmari potest, dispiciendum est, quomodo & quem in finem Princeps eum confirmaverit. Nam si confirmatio facta est in *forma communis*, sine causæ cognitione, nihil addendo, nihil detrahendo, non alium in finem, quam ut actus valeat, in quantum de jure valere potest, confirmati naturam sequitur ipsa confirmatio, & jus vetus si quod adfuit, saltem roborat, ut impugnari facile non possit actus: novum vero jus non tribuit, nec actum invalidum valere facit. Sin autem facta in *forma speciali* prævia causæ cognitione & ex certa scientia, citatis iis, quorum interest, eum in finem, ut vitium negotii tollatur: actus ob defectum formæ jure civili præscriptæ nullus

nullus ex plenitudine potestatis, qua Princeps pollet, firmatur, & ex nullo aliquis efficitur, quemadmodum pluribus tradunt H. VVLTIEIVS, (b) GONZALEZ TFLFZ, (c) GAILIVS, (d) L. E. DE LYNCKER, (e) BOEHMERVS (f) et alii. Sic adoptio non jure facta, a Principe confirmari potest; sed ne alii hac confirmatione laedantur, adhibendi sunt illi, qui jus contradicendi habent, (g)

(a) MANTICA de tac. & amb. convent. L. 3. T. 17.

n. 29.

(b) Vol. III. Cons. Marp. 34. n. 194.

(c) ad c. 2, X. de conf. util. vel iuutil.

(d) L. II. obs. 1.

(e) Dec. 513. & Dec. 874.

(f) Zur. Eccles. Prot. L. II. T. XXX. §. III. & T.  
II. P. II. Cons. 866. n. 57. 58. 59. MEVIVS  
P. I. Dec. 17.

(g) L. 38. l. 39. ff. de adopt.

### §. XXIII.

Confirmatio magistratus invalido regulariter non  
vum robur non tribuit. Quidquid enim contra leges  
fit, ipso jure nullum est, & judex non gauder jure di-  
spenfandi, nec ea, quæ de forma negotii sunt, supplere  
potest. Unde eum decreto suo actum invalidum con-  
firmare non posse sequitur. Et quamvis alii distin-  
guant, utrum cum causæ cognitione an sine ea actus  
confirmetur, utroque tamen causa irritum non convale-  
scere verior sententia est. (a) Aliter se res habet, quo-  
ties magistratui jus certos actus confirmandi a lege spe-  
ciatim concessum est. Nam quin tunc invalidum judicis  
decreto confirmetur, in dubium vocari nequit. Hunc  
in modum datio tutoris minus recte facta, confirmatio-  
ne magistratus accedente valida efficitur, sive is ab eo  
datus sit, cui jus dandi tutorem non competit, velut  
a matre, sive ei cui dari non poterat, ut emancipato,

sive eo modo , quo id fieri lex vetabat , ut in codicillis testamento non confirmatis.

(a) *Ill. ESTOR in den Anfangs-Gründen des gemeinen- und Reichs-Processes §. 2360.*

§. XXIV.

*vel etiam  
etiam facto  
privato-  
rum.*

Denique factō privatorum vitium tolli posse apparet : veluti si errore aut metu quid promissum sit. Nam si perspecto errore aut metu depulso promissi me statrum declarem , invalida promissio convalefecit , ut recte statuant Viri summi s. PUFENDORF (a) & c. WOLPIVS. (b) Atque hujusmodi actus ad illorum negotiorum classem pertinere videntur , *in quibus plus semel velle possumus*, id est , si GOTHOREDI (c) obscurius dictum recte interpretamur , *in quibus iterata voluntatis significatione , vi- tium , quod actum irritum reddit , tollere possumus*. Talia negotia sunt , quae ratihabitione confirmari possunt. Quæ autem ratihabitionem non admittunt , go- THOREDI vocantur illa , *in quibus semel tantum velle possumus*. Quidquid autem hac de re sit , vitium factō partium aliquando tolli posse certum est.

(a) *de I. N. & G. Lib. III. C. VI. §. 14.*

(b) *P. III. I. Nat. §. 589.*

(c) *ad L. 29. de R. I.*

§. XXV.

Supereft ut videamus , qualem juramenta in actibus inutilibus confirmandis vim habeant. Naturalem hic rationem secuti esse videntur ICTI Romani , qui si paucos cum HVERO (a) casus excipias , non tantam illis efficaciam tribuunt , ut novam & peculiarem producant obligationem vel actum de jure non subsistentem confirment , sed ut negotia saltē valida novo robore muniant. Neque enim ideo inventa sunt juramenta , ut homo alii obligetur ad dandum aliquid vel faciendum , sed ut Deo teneatur ad poenam , si sciens fallat. (b) Nam cum perfidiæ scelus hominum animos occupasset , diffidentiae malum fecutum est , & juramentorum usus invaluit

invaluit, ut humanam fidem sponte non servaturus, divini numinis metu ad implendam illam cogatur. (c)  
Quamvis enim H. GROTIUS (d) jurantem etiam Deo obligari statuat ad praestandum promissa & plures alii putent, jurantem, licet ex ipso negotio non sit obligatus, vinculo juramenti adstringi; ab illorum tamen sententia merito nobis discedendum videtur. Egregie rem illustrarunt & extra omnem plane controversiam posuerunt Illustris WOLFIUS (e) & Celeberrimus H. G. AYRER. (f)

(a) in *praelect. ad Digesta L. XII. T. II. n. 5.*

(b) G. NOODT in *Comment. ad Pand. L. XII. T. II.*

*p. 278. PVFENDORF de I. Nat. & Gent. L. IV.*

*C. II. §. 6. HVBER de Jur. Civit. L. II. Sect. VI.*

*C. III. n. 25. KOHLER Exerc. Jur. Nat. §. 1460.*

(c) THOMASIVS ad *Lancellot. L. III. T. III. §. 3. n. 185.*

(d) *de I. B. & P. L. II. C. 13. §. 14.*

(e) *P. III. f. Nat. §. 903. - 906.*

(f) *de abus. juramentor. e repl. proscript. S. II. §. 32.*

*imp. doli causatione §. XXVI.*

Sed aliter rationes subduxit jus Canonicum, quod *secus de jure* dum juramento votum Deo fieri statuit (a) & omne iuramento Canonico, quod servatum non vergit in dispendium facio. Iutis aeternae, servari jubet, magnas in foro excitavit turbas. Sibi ipsis tamen in hoc argumento non satis constare Pontifices, pridem observatum est. Quæ enim de juramentis statuerunt, adeo misere cohaerent, ut propterea aliorum censuram effugere haud potuerint. Multa ad doctrinæ hujus illustrationem contulerunt Viri illustres I. F. LUDOVICI, (b) I. H. BOEHMER., (c) I. F. KAYSER., (d) & qui repugnantiam principiorum Juris Canonici penitus detexit, H. G. AYRER. (e) Illud tamen in hac contrarietate constat, nequidem ex Pontificum decretis juramenta actibus jure divino vel legibus humanis absolute prohibitis, aut in prejudicium tertii vergentibus adjecta nec obligare nec actum ipsum confirmare: quamvis ne hoc quidem a Pontificibus semper observatum animadvertere liceat.

C

liceat. (f) Sed cum actus dentur, qui jure Civili privatæ tantum utilitatis causa vetiti & hinc saltem in agentium favorem nulli creduntur, quantum in his confirmandis ex mente Pontificum juramentis tribuendum sit, videndum. Effectu suo hoc casu non destitujiusjurandum i. H. BOEHMER (g) & i. F. KAYSER (h) cum aliis docent. Licit enim nulla juramentis adscribi possit vis, quando præceptivo vel prohibitorio juri contrariantur, hoc tamen illa gaudere effectu dicunt, ut favorem ex permissione legis provenientem intuitu jurantis excludant. (i) Unde juramenta vim renuntiationis habere, communis opinio est & leges hac ratione non magis fieri elusorias, quam si quis earum beneficio sponte utilitatem, Celeberrimus PESTEL (k) recte monet. Sed cum multi & hos inter ipse LUDOVICII, (l) LEYSER (m) & G. H. AYRER (n) omnem prohibitionem salutis publicæ causâ fieri non sine ratione statuant, & maxime incertum sit, ad quam classem quisque actus referri debeat; distinguendi videntur actus simpliciter prohibiti ab illis, qui nulli quidem sunt, sed tamen voluntibus partibus subfistere aut confirmari possunt. Atque his saltem jure Canonico juramenta contra jus Civile novum addere vinculum ad effectum valide inde agendi & excipiendi, cum BOEHMERO (o) affirmamus. Dari hujusmodi actus, donationum materia argumento est. Nam inter conjuges donationes ipso quidem jure nullæ sunt: (p) verum ita, ut in arbitrio donantis sit, num donationem revocare velit; (q) an vero permittere, ut non facta revocatione morte sua confirmetur. Huic donationi si juramentum accesserit, ex mente juris Canonici confessim sanabitur virium nullitatis, quo donatio laborabat, cum ipsa impleri & juramentum sine periculo salutis aeternæ servari possit. Effectus itaque juramenti in proposta specie hic erit, ut donatio inter conjuges, quæ non revocata morte donantis demum valere incepisset, statim valeat a tempore interpositi juramenti, tam quoad effectum valide inde

inde agendi quam excipiendi. Idem dicendum, quod  
ties de donatione 500. solidos excedente, nec insinuata  
sed juramento firmata quæstio incidit. Exemplo pari-  
ter esse potest alienario fundi dotalis a marito consensu  
uxoris facta. Hanc enim nullam esse jure Civili constat,  
ita tamen ut si maritus solvendo sit, & uxor iterato con-  
sentiat, post biennium valeat. (r) At si alienationem  
ante temporis istius lapsum juramento confirmatam po-  
nas, etiam biennio citius ex mente juris Canonici con-  
valescet. (s)

- (a) arg. C. 6. X. de jurej.
- (b) de genuin. intell. brocard. omne jurament. quod  
salva &c. & de juram. compens. non exclud.
- (c) in Jure Eccles. Prot. L. II. T. XXIV. §. XX. seq.
- (d) in diff. de effic. juram. in act. inval. & illicitis.
- (e) de abus. juram. e repl. prescrib. scđt. II. §. 33.
- (f) BOEHMER l. c. §. 26.
- (g) BOEHMER l. c. §. 33.
- (h) l. c. C. II. Scđt. II. §. 10.
- (i) LVDOVICI in Diff. omne juram. &c. §. VII.
- (k) in Diff. de relaxat. juram. dolo malo elicit. §. 2.  
in fin.
- (l) l. cit. §. IX.
- (m) Spec. 134. Med. I.
- (n) l. c. Scđt. II. §. 36. p. 153.
- (o) in Inst. Jur. Can. L. II. S. XXXIV. §. VII.
- (p) l. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor.
- (q) l. 13. & 32. §. 23. eod.
- (r) Nov. 61. C. I.
- (s) vid. c. 28, X. de jurej.

## §. XXVII.

Neque in contraria sententiam nos flebit illo singularis  
rum opinio, qui juramentum quidem his casibus servan-  
quorum  
dam sen-  
Specie quidem non caret haec sententia, eamque præter tentia af-  
AMESIVM, (a) MOLINAM, (b) CARPOVIVM, (c) FRANTZKI-  
fertur

VM, (d) LAVTERBACHIVS (e) aliquie ex recentioribus defendant. Nec enim leve dubium exinde nascitur, quod in textibus, qui adduci solent, de confirmatione ipsius actus nihil habeatur, sed Pontifices sicutem juramentum servandum esse sanciant, absque legis vero auctoritate invalidum non convalescere iphi statuamus.

(a) *de consc. L. IV. C. 22. n. 32.*

(b) *de Just. & jure. L. II. D. 150.*

(c) *P. III. Conß. 36. def. 7. n. 5. 6.*

(d) *Lib. II. Refol. 6.*

(e) *Coll. Tb. Pract. Lib. XII. T. II. § 13.*

### §. XXVIII.

*& refelli-  
tur.*

Verum tamen observandum, Jus Canonicum, dum negotia quædam alias nulla jurejurando firmari permittit, hæc ex classe negotiorum, quibus ex accessione juramenti nulla plane vis conciliatur, in tantum eximere, ut cum sine jurejurando non valeant, tamen juramento firmata propter religionis auctoritatem impugnari nequeant, atque eo ipso, dum juramentum hujusmodi servari jubet, & fidem implendi necessitatem imponit, simul ipsum negotium firmum & validum reddere. Contraria enim uno præcepto jubaret, si jusjurandum servari velit, ipsum vero negotium subsistere noller. Nam actus & juramentum, quod ejus confirmandi causa præstatur, indissolubili nexu cohærent, ut nisi ita statuamus, ne concipi quidem possit juramentum confirmatorum efficax, quale id Pontifices esse voluerunt. Qua enim ratione jurans satisfacere posset conscientia & juramentum servare, nec tamen implere quod promisit Pontifices ergo, ut paucis rem complectantur, cum juramenta servari jubent, necessario etiam actum ipsum servari & validi negotii effectum habere volunt. Neque aliam illorum mentem fuisse, textus in cap. 2. X. de pact. in 6. clare ostendit. Pactum enim a patre cum familia, quæ nuptui tradebatur, initum ut dote contentra nullum ad bona paterna regressum haberet, omnino servi

*vici* praecepit, si juramento nec vi nec dolo praestito firmatum fuerit. Et licet FRANTZIVS verba d.c.2. *omnino servari debet*, non ad paectum, quasi illi non satis congruerent, sed ad juramentum referat, idque textum & subiectam ei rationem suadere existimet, connexio tamen verborum & mens totius capitii hanc interpretationem penitus respuit. Subiecta enim ratio: *cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum*, paecto aequo ac juramento convenient. Sed demus, ad juramentum hanc rationem se referre, nullus tamen aliis inde orietur sensus, quam paectum filiae, quo haereditati renuntiat, juramento firmatum, omnino servandum esse quia juramentum hoc nec in æternas salutis dispendium nec alterius derimentum redundant. Quamobrem si initio juramentum accessit, confessim valebit paectum, si ex intervallo adiectum est, convaluisse putandum est.

## §. XXIX.

Dum vero ipsum actum convalescere affirmamus, non juramento hunc tribuimus effectum sed auctoritati Juris Canonici, quod propter sacramenti religio-  
nem paectum alias nullum servandum esse praecepit. Ju-  
mento con-  
rangementum quidem in causa fuit, propter quam Pontifi-  
ees negotia hujusmodi impleti voluerunt, ipsum tamen  
robur ab illorum auctoritate pender, quia juramentum  
his casibus nullum forer, nisi illud servari juberent cano-  
nes. Vitium igitur, ob quod alias non valeret actus,  
juramento tollitur, eoque remoto, ipsum negotium le-  
gis auxilio convalescit.

## §. XXX.

Sed iniquum esse ajunt, privatum per juramenti *Dubio re-*  
*praestationem a praecerto Juris Civilis se liberare posse. spondetur.*  
Non ferit nos haec objectio. Nam ipsum Jus Canon-  
icum propter juramentum hanc facultatem praefat subdi-  
tis, ut qui negotia ejusmodi juramento firmant, jure  
suo uti videantur, cum Jus Canonicum in causis consci-  
entiae

entiæ præferatur Juri Civili. Unde hic omnino adest vinculum illud morale, sine quo nulla est obligatio, quæ ad negotium impletum contrahentes adstringat.

§. XXXI.

*Contractus  
minorum  
invalidi  
juramento  
confirman-  
tutur.*

His principiis imbutus MARTINVS Imperatori FRIDERICO auctor fuit, ut juramenta minorum sponte praesita super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter custodienda esse juberet. (a) Cum enim BVLGARVM inter & MARTINVM quæstio agitaretur, an contractus minorum invalidi juramento confirmarentur, & MARTINVS contra J. Civilis rationem hoc affirmaret, ejus sententiam Imperator confirmavit, ut post PANCIROLLVM (b) tradidit III. STRYK, (c) BOEHMERVS (d) & alii. Unde contractus minorum invalidos hac ratione convalescere non dubitandum. Quamvis enim haud pauci authenticam de negotiis minorum validis loqui putent, corum tamen sententiam nostram non facimus, quia alias nihil novi constituisse ERIDERICVS Imperator, & indecisam reliquissit BVLGARI & MARTINI controversiam. (e)

(a) in Auth. sacram. pub. C. si advers. vendit.

(b) de clar. leg. interpret. L. II. C. 14.

(c) in jur. eccl. prot. L. II. Tit. XXIV. §. XXIII.

(d) in Us. Mod. L. IV. T. IV. §. XIV. & XVI.

(e) BOEHMER l. c.

§. XXXII.

*Num Jur. Canonici* Ex dictis patet, quantum juramenta ex mente & huius ant. An vero omnem ejus usum, quod hanc doctrinam attinet, e foris sustulisse Reipublicæ expedit, huic usus ius loci non est, sed ad consultoriam Jurisprudentiam foro pro pertinet, quam quidem quæstionem eruditæ tractavit III. SCRIBENDUS AYRER l. c.

§. XXXIII.

*Promissio-* Est & alia quæstio de promissione sub fide gene-  
*ne sub fide* rerosa facta, qualem illa in negotiis ejusmodi effectum  
*generosa* habeat? Tantæ autem auctoritatis eam non esse, ut actum

actum nullum confirmare possit, facile liquet. Cum actus in enim invalidum non nisi sublato vitio convalescat, pro validos missio autem sub fide ejusmodi praefixa, vitium inhæ- non confir- rens tollere nequeat, nihil exinde actui invalido accede- mari. re quo id confirmetur, manifestum est. Finge mino- rem absque decreto magistratus nec prævia caussæ co- gnitione fundum alienasse, non tenet alienatio: quia de- ficiunt requisita, quæ ad alienationem rerum immobili- um minoris leges desiderant. Quamvis igitur gene- rosa fide postea munita fuerit alienatio, non tamen ideo convaluisse dicenda est. Quomodo enim hæc promis- sio efficiet, ut quæ omissæ sunt solennitates, revera ob- servatae sint? Nulla vero lex, nulla consuetudo, nul- lumi statutum promissionibus generosa fide munitis hunc tribuit effectum, ut invalidum negotium confirmaret. Et juramento tamen æquipollit promissio, *bey Fürsli- chen, Graeflichen, Aaleichen Eben und Treenen.* Unde sequi videtur, eundem effectum, quem juramenta in actibus invalidis firmandis habent, etiam promissioni- bus hujusmodi tribuendum esse. Verum recte jam alii observarunt, æquipollens non sufficere, quoties certa forma negotio legibus præscripta est. In omnibus ita que actibus, qui ob paucum, statutum, consuetudinem aut legem solenne juramentum requiriunt, promissio talis non sufficit. Vis enim omnis, quæ verbis his ineft, non exferit se, nisi in actibus validis, quos hac ratione confirmari non est dubium.

(a) MEVIVS P. I. Dec. 146. S. STRYK Uf. Mod. L.  
XII, T. II, §. XV. H. ZOLL de promiss. generof.  
fid. vallat. C. III, §. 1. SILBERAD Diff. de Regum  
Virorumque Principum fide pro jurejur. valente C.  
II, §. IV. Argentorat 17<sup>1</sup>5. habita.

## §. XXXIV.

Sed ut ex digressu paullum longiori in viam re- *Vitiosum* deamus, in definitione hæc sequuntur verba: *initio vi- saltem con-*  
*tiosum.* Nam valida negotia, quæ superveniens vitium *valescere,*  
*irrita*

*non vero irrita reddit, non convalescentiam, sed novam quasi vitam exspectant & saepe accipiunt.* Quod enim semel subsistit negotium, & postquam irritum factum est, vigor rem pristinum recipit, non tam convalescere quam revixisse existimandum est. Hoc ut statuamus vel ipsa metaphoræ ratio juber, quam etiam secutus est i. STRAVCHIVS. (a) *Distinguendum est*, inquit *inter morbum & mortem, inter reconvalecentiam ex illo & resuscitationem ex hac.* Homo mortuus neque agrotus neque Janus, nec convalescere, sed evigilasse, & qui recens nascitur, neque resuscitatus nec sanitati restitutus. Sed ex nullo aliquis factus dicitur. Et ut summatis dicamus, omnis privatio debet praedicari de subiecto alias capaci, alioquin non tam privatio, quam mera negatio est. Quemadmodum enim resuscitatus non convalescere sed revixisse dicitur, ita etiam quod viguit & quasi morte extinctum est, optimâ ratione revixisse dicitur, si, ut denuo valeat, effictum fuerit. Itaque verbis his promiscue sine abusu vix uti licebit. VPLANVM tamen verbo convalescere pro reviviscere usum esse ex L.6. §.12. de inj. rupt. & irrit. fact. test. appetat.

(a) *de Regula Catoniana tb. XI. §. 12. de inj. rupt. & irrit. fact. test.*

*nec actus imperf. etos,* Negotia vero licita sed imperfecta, non sunt vitiosa, adeoque non convalescunt sed perficiuntur. Exemplo sit emtio. Haec sine scriptura constat, sed si inter contrahentes convenerit, ut in scriptis celebretur, contractus tamdiu imperfectus esse censetur, quamdiu non accessit scriptura. Ea vero absoluta, non convalescit sed perficitur. (a) Convalescentia enim supponit negotium consummatum, sed ob vitium invalidum.

(a) *pr. J. de Em.*

*nec conditio-* Ex dictis porro intelligitur, actus, quorum efficacia a futuri atque incerti temporis existentia penderet, *et mutatio* hoc non pertinere. Hi enim ab initio valent, sed non nisi

nisi conditione existente effectum fortiuntur. Non ergo convalescentie auxilio egent, sed propriis viribus ab initio subsistunt, quamvis conditione deficiente effectu destituantur. Neque enim adsentientium BRISSONIO, (a) qui quidquid in pendentri fuit & eventu secuto sustinetur, convalescere ait. Quod enim in suspenso est, male vitiosum dicitur.

(a) *de V.S. Lib. III. ad voc. convalescere.*

§. XXXVII.

Denique definitioni additum: *sublata vitiosatis Convalescensia.* Nullum enim in jure exemplum nobis occurrit, quo vitiosum durante vitiositatis caussa convalescensia sublata scat. Illa vero cessante, ipsoque vitio sublato, invalidum legis beneficio haud raro vires accipit, ut valeat. *caussa locum habet.* Sed de his supra pluribus actum.

§. XXXVIII.

Subjiciuntur postremo verba: *valere incipit. Negotium,* Vitiosum enim quod convalescit, robur demum accipit *quod conex tempore supervenientis caussae confirmantis,* non ex *valuit, va-* momento initi negotii. Inniuit hoc ipsa vis verbi *con-* *valere ex* valescere. Nam ægrotus ex eo tempore sanitati restitutus existimatur, quo valetudinem recuperavit, non autem quo in morbum incidit. Pari ratione convalescentia negotium valere facit ex nunc, non vero ut loquuntur ex tunc. Diferte *VPLANVS:* (a) *si miles servum poenæ heredem scribat, institutio non valebit, sed si mortis tempore in civitate inveniatur, institutio incipit convalescere, quasi NVNC data hereditate.* Et iterum: (b) *Fideicommissum a filiofamilias vel servo relictum non valet, si tamen manumissi decessisse proponantur, con-* *stanter dicemus, fideicommissum relictum videri, quasi* NVNC datum cum mors ei contigerit.

(a) *L. 13. §. 2. de milit. test.*

(b) *L. 1. §. 1. de Leg. III.*

D

§. XXXIX.

*quod ulte-  
rius ofen-  
ditur.*

Usum hujus observationis ut pance ostendamus, constat inter Senatores & libertinas aliasque vilioris conditionis personas nuptias fuisse prohibitas adeoque ipso jure nullas. Si quis tamen in Senatorio ordine agens Libertinam habuerit uxorem, *quamvis interim uxor non sit*, in ea conditione erat, ut si amiserit dignitatem, uxor esse incipiat. (a) Conualeſcit itaque matrimonium ex tempore amissae dignitatis senatoriae, non vero confirmatur retro a tempore initi matrimoni. Liberi igitur antea nati legitimi non sunt. Sibi enim placere, respondit PAVLVS, (b) matrimonio licet contra mandata contracto, tamen post depositum officium justas nuptias effici, si in eadem voluntate persevereret: & ideo liberos postea legitimos esse.

- (a) L. 27. ff. de rit. nupt.  
(b) L. 63. §. 1. eod.

#### §. XL.

Quamvis vero invalidum regulariter valere incepit ex eo tempore, quo confirmatio accessit: ratiabitio tamen hunc effectum habet, ut negotium valere faciat ex tunc. Multa quidem de ejus jure disputantur, sed hoc loco ea excutere non luet. Sufficit, ratiabitonem ejus naturæ esse, ut ad principium cujusque actus retrotrahatur, eique qualitatem suam inde ab initio imprimat, (a) vel ut MARCIANVS (b) ait, ad negotii initium retro recurrat. Sed intelligendum hoc esse de actibus, qui per ratiabitonem confirmari possunt, non est, ut prolixè moneamus.

- (a) HVBERVS ad Tit. I. de Nupt. n. 10. ad l. 56. de judic., l. 1. §. 14. de vi & vi armat, l. 25. C. de donat. int. vir. & ux.

(b) l. 16. §. 1. de pignor.

#### §. XLI.

Quare si pater nuptias filii sine consensu ejus contractas ratiabit, matrimonium convaleſcit, perinde

ac

*quod exem-  
pli illu-  
stratur.*

ac si ab initio legitimum fuisset, ut non solum liberi po-  
stea nati, sed etiam nepotes ante ratihabitionem editi,  
legitimi sint. Ante Justinianum diversum jus obtinuit.  
Cum enim paternus jussus precedere liberorum nuptias  
deberet, (a) adeoque de forma matrimonii esset; ratihabitionis erat effectus, ut nuptias confirmaret ex eo  
tempore, quo consensus patris supervenit, non autem  
retro legitimas efficiebat. Posteaquam vero ex Constitu-  
tione IUSTINIANI (b) generaliter omnis ratihabito  
prositus retrotrahitur & confirmat ea, quæ ab initio sub-  
secuta sunt, non est dubium, quin etiam liberi ante ra-  
tihabitionem nati pro legitimis habendi sint. (c)

(a) §. 1. *Z. de nupt. milibus* & *annos annos* *clavis*  
(b) in l. f. C. ad SClum Maced.

(c) c. v. ECK. in princ. jur. L. XXIII. T. II. §. 58.

III. A LEYSER spec. ad Pand. CCXCI. Med. IV.

§. XLII.

Convalescit autem vitiisum vel jure Civili vel  
Prætorio. Jure Civili: si vel beneficio legis, vel Prin-  
cipis auctoritate vel Magistratus confirmatione vel facto  
privatorum firmitatem accipit. Jure Prætorio: si Prä-  
tor actum ex juris subtilitate invalidum ex bono & æquo  
tuerit, quasi vel ipso jure valeret vel convaluiisset. Sic  
filio præterito se abstinenti, testatoris voluntas ex æquo  
& bono servanda est, id est, ut IOSEPH. AVERANIUS (a)  
eruditus ostendit, testamentum jure Prætorio convalescit.

(a) Interpret. Jur. L. I. C.X. l. 17. ff. de inj. rupt.  
& irrit. fact. test.

§. XLIII.

Neque male P. MULLERVS (a) convalescentiam Convale-  
distinguit in propriam & impropriam. *Propria* est, *scentia* est  
qua vitiisum remoto vitio valere incipit. *Impropria*, vel *propria*  
qua negotium invalidum non tam a vitio liberatur & va- vel *impro-  
pria* lere incipit, quam perinde ac si valeret aut convaluiisset, *pria*.  
toleratur. Ita liberi, qui in potestate patris sunt, sine  
eius voluntate matrimonia non contrahunt: sed contra-  
cta,

Vitiisum  
convalescit  
vel Jure  
Civilis vel  
Prætorio.

*Eta, ut PAVLVS (b) ait, non solvuntur: contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præferatur. Licet enim nuptiae sine parentum consensu contractæ sint ipso jure nullæ: æquius tamen & humanius est, consortium tale non dirimi.*

(a) in Disp. de Convalescentia C. I. §. VII.

(b) Lib. II. Tit. 19. §. 2.

#### §. XLIV.

*Relique Müllerii distinctiones rejiciuntur.* Minus vero accurate convalescentiam idem vir doctus dividit in totalem & partialem. Nunquam enim negotium invalidum ex parte tantum firmatur, sed aut totum irritum manet aut totum convalescit. Et male testamentum vi clausulæ codicillaris in fideicommissum resolvi, & sic ex parte convalescere dicitur. Nam clausula haec testamentum ob neglectas solennitates externas nullum tanquam fideicommissum ab initio sustinet. Convalescentia autem initio vitiosum supponit. Et cum factum non dicatur convalescere, distinctione MULLERI in convalescentiam juris & facti non videatur firmitate nisi talo.

#### §. XLV.

Illud quoque silentio non est prætereundum, quod ne quidem veteres icti in argomento de convalescentia vitiosi per omnia inter se convenisse videantur & diffensus hujus vestigia in Pandectis paßim superfint. Nam si quæstio incidenterit, cur in multis speciebus vitiosum convalescere affirment, non aliam sapere reperi libet rationem, quam quod vitiositatis causa sublata sit. Si è contrario queramus, cur alii in aliis speciebus, sublata licet vitiositatis causa, vitiosum convalescere negent, vix alia reddi poterit ratio, quam quod icti ita sentientes ad convalescentiam non sufficere existimaverint, si causa vitiositatis cesseret, sed ulterius quid requiri putaverint, ut invalidum confirmetur. In partes itaque hic ivisse ictos veteres sat probabile est, & qui ad species, quas tractavimus, animum advertunt, diffensum facile agnoscent. CA-

## CAPUT II.

DE CONVALESCENTIA VITIOSÆ  
ALIENATIONIS.

## SUMMARI A.

- §. 1. *Transf. 14*. Ut bæredis institutio-  
nem,  
§. 2. *Definitio alienationis ex*  
*Cicerone expenditur se-*  
*cundum principia juris*  
*antiqui.*  
§. 3. *Hotmannus explicatur.*  
§. 4. *Quid Jure Romano aliena-*  
*nationis verbo conti-*  
*neatur?*  
§. 5. *Alienatio vel voluntaria*  
*est vel necessaria.*  
§. 6. *Necessariæ alienationis*  
*definitio & exempla.*  
§. 7. *Voluntariæ alienationis*  
*definitio.*  
§. 8. *Quid ad eam requira-*  
*tur?*  
§. 9. *An testamento fiat aliena-*  
*tio?*  
§. 10. *Alienatio vel ultima*  
*voluntate fit, vel inter*  
*vivos.*  
§. 11. *Vitiosæ alienationis*  
*definitio.*  
§. 12. *Quando vitiosa aliena-*  
*natio convalescere dicatur?*  
§. 13. *Alienationes ultima*  
*voluntate factas æque*  
*ac reliquas convalefce-*  
*re;*
- §. 14. *Legata.*  
§. 15. *& fideicomissa.*  
§. 16. *Invalida rerum pupil-*  
*larijum alienatio conva-*  
*lescit ratibabitione ma-*  
*joris;*  
§. 17. *Non autem minoris,*  
*qui veniam etatis im-*  
*petravit.*  
§. 18. *Tacitam ratibabili-*  
*nem sufficere,*  
§. 19. *Ut silentium majoris.*  
§. 20. *Per tempus legiti-*  
*mum.*  
§. 21. *L. 6. C. si maj. fact.*  
*explicatur.*  
§. 22. *De Curatore inscio*  
*minore alienante.*  
§. 23. *Ex quo tempore quin-*  
*quennium currere inci-*  
*pit?*  
§. 24. *Alienatio invalida*  
*etiam convalescit rescri-*  
*pto Principis,*  
§. 25. *vel confirmatione Ma-*  
*gistratus,*  
§. 26. *vel juramento Mino-*  
*ris,*

D 3

§. 28.

- §. 28. vel ratibabitione tu-  
toris. §. 37. Quibus modis donatio  
§. 29. Alienatio prædii dota-  
lis convalescit, si dos  
lucro mariti cessit,  
§. 30. vel uxor post bienni-  
um in alienationem de-  
nouo consentiat.  
§. 31. Alienatio rerum Eccle-  
sie convalefcit ratibabi-  
tione Capituli,  
§. 32. vel auctoritate Papæ;  
§. 33. Nec non Episcopi vel  
Principis territorii.  
§. 34. Non autem præscri-  
ptione, nequidem im-  
memoriali.  
§. 35. Venditio rei furtivæ  
quando convalescat?  
§. 36. Donations inter con-  
juges morte donantis
- confirmari.  
a patre liberis facta  
convalescat?  
de convalescentia servi-  
tutum.  
De pignore convale-  
scente  
Exemplum manumis-  
sionis convalescentis.  
An mutuum pecuniae  
consumptione firmetur?  
Species convalescentis  
solutionis.  
Transactionem rati-  
babitione confirmari.  
De remissione convale-  
scente.  
Quando intercessio a  
muliere pro extraneo  
facta convalescat?

## §. I.

*Transficio.* Quid vitiosum sit, & quomodo vitiosum convale-  
scat, vidimus. Modo dispiciamus de convale-  
scentia vitiosa alienationis.

## §. II.

Alienationis verbum modo latiore modo stri-  
ctiore significationem habet & non uno modo a Vete-  
ribus definitur. Si CICERONEM (a) sequamur, ab aliena-  
tione est ejus rei, quæ mancipi est aut traditio alteri nexu,  
aut in jure cesso; inter quas ea Jure Civili fieri potest.  
Quæ quidem definitio convenit præceptis juris antiqui.  
Nam ut I. AVERANIVS (b) ex BOETIO (c) observavit,  
lege XII. Tabularum res alienari aliter non poterat, nisi  
adhibita mancipationis solennitate. Postea inventa est  
in

Definitio  
alienatio-  
nis ex Ci-  
cerone ex-  
penditur,  
secundum  
principia  
Juriſ anti-  
quii.

b

in jure cesso<sup>o</sup>, & sic duo esse coepérunt alienandi modi, ad quos CICERO in definitione respexit. Nec mirari subeat, quod neque adjudicationis, neque legis neque usucaptionis mentionem fecerit. Nam alienatio-  
nis verbū strictissime accepisse videtur pro translatione  
dominii Quiritarī sponte facta. Modis vero antea re-  
cenatis invito etiam domino rerum dominia nancisci-  
mur. Et cum traditio sine nexu & libra propria sit  
rerum nec mancipi, adeoque non nisi dominium boni-  
tarium transferat; ratio inde apparet, cur ea traditione  
fieri non videatur alienatio. Non tamen inter CICERO-  
NEM & VLPIANVM, (d) qui sex adquirendi modos nu-  
merat, opinionum dissensio est. Nam ille modos ad-  
quirendi recenset: hic autem alienationem in sensu ex-  
cellentiori acceptam modo ictis familiari definit ab enu-  
meratione specierum.

(a) in *Top. Cap. 28.*

(b) *Interpret. Jur. L. I. C. XXIX. n. 6. 7.*

(c) in *Comment. ad Top. Ciceron.*

(d) *Tit. XIX. §. 2. apud SCHULTING. in Jurisprud.  
Ante-Jus. p. 620.*

### §. III.

In hanc sententiam accipienda sunt, quae R. HOT- *Hotman-*  
*MANNVS* (a) ex definitione CICERONIS notavit: *Pri-*  
*nus expli-*  
*mum, ait, cum sex sint adquirendarum rerum modi, catur.*  
quos VLPIANVS memorat, duos solos tantum esse, qui-  
bus res ex dominio nostro in alienum traducantur,  
mancipationem & in jure cessionem. Nisi enim haec  
interpretetur de voluntaria dominii Quiritarī transla-  
tione, nulla ratione sustinebitur HOTMANNI obser-  
vatio, cum plurimis aliis modis dominium illud civile  
nobis adquiri conset: Secundo non de omni aliena-  
tionē verum est, alienationem non nisi earum rerum  
esse, quae mancipi sunt & nuda traditione, hoc est  
sine nexu & libra alienationem fieri non posse. Nam

ut

ut VLPIANVS (b) ait, *traditio propria est alienatio rerum nec mancipi.* Res itaque nec mancipi alienantur, & traditio est alienatio, sed non stricte accepto vocabulo. (c) Quod denique ait, alienationem esse civium Romanorum non autem peregrinorum verum quidem est de mancipatione & in jure cessione, sed de alienatione latius accepta male dicitur.

(a) in *Comm. verbor. jur. Op. T.I. P.II.* p.479.

(b) l. c. §.7.

(c) vid. BRVMMERVS ad leg. Cinciam Cap.XIII. p.202.

#### §. IV.

*Quid Jure  
Romano  
alienatio-  
nis verbo  
continea-  
tur?*

In significatione magis communis alienationis verbum non ita stricte accipitur, sed omnem actum, per quem dominium transfertur, denotat. (a) Hoc sensu itaque tam bonitarii quam Quiritarrii dominii translationem complectitur, nec mancipatione & cessione tantum sed nuda etiam traditione fit & peregrinis cum civibus Romanis communis est. (b) Quin ex IUSTI-  
NIANI (c) & veterum JCrorum sententia ulterius porri-  
gitur verbi hujus usus, & non solum ad dominii sed etiam quorumvis iurium, imo possessionis translationem referuntur. (d) Hinc alienatio a I. GOEDDÆO (e) recte de-  
finitur: *translatio ejus, quod cuiusque est, ut sibi ab sit,*  
*alteri vero ad sit.* Et plenus adhuc aliquando interpre-  
tandus est vocis hujus sensus, ut alienatio etiam fieri dicatur, quoties aliquis pauperior fit, licet in alium ni-  
hil transferatur. Hinc in generalissima significatione alienatio est omnis actus, per quem patrimonio nostro aliiquid decedit. (f) Sic dedicatio in sacrum aliena-  
tionis species est, (g) quamvis in nullius dominium transferatur res per dedicationem usu hominum pro-  
miscuo exempta.

(a) l. i. C. de fund. dot.

(b) BYNCKERSHOECK de reb. mancip. & nec manc.  
Cap. IX.

(c) in

- (c) in l. f. C. de reb. alien. non alien. & Nov. VII. C. i.
- (d) l. 4. §. 2. ff. de alienat. jud. mut. causs.
- (e) ad l. 28. de V.S.
- (f) MEVIVS P.V. Dec. 32. n. 5.
- (g) l. 12. de Curat. furios.

## §. V.

Cum autem non solum nobis volentibus sed *Alienatio* etiam invitis aliquid ex bonis nostris in aliud transferri vel voluntaria est. possit, alienatio recte distinguitur in voluntariam & *vel necessaria* via.

## §. VI.

*Alienatio* necessaria est, quae non pendet a lib. *Necessarie* alienatio arbitrio, nec ab eo impeditri potest. Illic alienatio lam necessariam juris originem vel vetustiorem caussam *nisi definiri* habere *PAPINIANVS* (a) ait. Hinc si unus sociorum ad *tio* & divisionem rei communis provocet, necessaria alienatio *exempla* fit. Nam emtionis vicem divisio sustinet (b) & pa-  
Etum de re nunquam dividenda nullas vires habet, (c) ut ne pupillus quidem vel minor declinare possit divisio-  
nem, ad quam major provocat. (d) Nec minus huc pertinet species, qua haeres institutus aut legato hono-  
ratus, totam hereditatem vel partem ejus vel rem singularem restituere rogatus fideicomissi præstatione defuncti voluntatem implet. (e) Vetustiorem caussam habet alienatio facta ab herede, qui rem quandam hereditariana a defuncto alienare jussus, distrahit. (f) Idem fit, quoties haeres rem a defuncto venditam vel promissam emtori tradit. (g) Alias necessaria alienationis species magno numero exhibet i. *VOETIUS*. (h) Sed plura de his verba facere non attinet,

- (a) in l. 13. ff. fam. ercisc.
- (b) l. 1. C. comm. utr. jud.
- (c) l. 14. §. 2. l. 15. comm. divid.
- (d) l. pen. C. de pred. & aliis reb. minor.
- (e) l. 5. §. 4. ff. de reb. eor. qui sub tut.

E

(f) l. 1.

- (f) l. i. §. 2. de reb. eor. qui sub tut. l. p. C. quando  
decret. opus non est.  
(g) d. l. 5. §. 6. de reb. eor. qui sub.  
(h) in Comment. ad ff. L. XXVII. Tit. IX.

## Volunta-

rie aliena-  
Voluntaria alienatio est, quæ non fit, nisi alien-  
tionis defi-  
nantis voluntate.

## §. VII.

Quid ad  
eam requi-  
ratur?

Hæc duplice fine fit; vel ut ex bonis nostris  
tantum aliquid abeat, quemadmodum in dedicatione  
accidit, & tunc sola domini voluntas legitime declarata  
sufficit; vel ut in aliud quid transferatur. Atque hoc  
casu, domini & personæ in quam translatio sit consen-  
sus signis externis declaratus requiritur (a) & præter-  
ea opus est, ut dominium vel aliud quodcumque jus ex  
bonis alienantis abeat, & ad aliud veniat. Alterutro  
horum deficiente, non fit alienatio. (b) Unde res  
vendita sed nondum tradita, alienata proprie non dici-  
tur, quia adhuc in bonis venditoris manet. (c)

(a) NOODT. Oper. T. II. p. 130.

(b) GROTIUS de J. B. & P. L. II. C. VI. §. 1. 2. PV-  
FENDORF de J. N. & G. Lib. IV. C. IX. WOLF.  
P. III. Jur. Nat. §. 9.

(c) 1. 67. de V. S.

## §. VIII.

An testa-  
mento fiat  
alienatio?

Hinc judicium ferendum de controversia, num  
testamento fiat alienatio? Affirmativa GROTIUS (a) pla-  
cuit, negativam autem non contemnendis rationibus ad-  
struxit PVFENDORFVS, (b) cuius sententiam deinde suam  
fecit CHRIST. THOMASIVS. (c) Non est nobis animus,  
utriusque opinionis momenta latius excutere. Anno-  
tasse sufficit, non videri bona testatoris ultima voluntate  
proprie alienari, (d) cum fine ulla deminutione in ejus  
dominio maneant & testator plenissimam de illis dispo-  
nendi

## §. IX.

nendi facultatem retineat. Quoniam tamen per testam-  
mentum, tanquam titulum ad transferendum dominium  
habilem hæredi ad adeundam hæreditatem via sternitur,  
& sic fit, ut quod testatoris erat, in hæredem transfe-  
atur; veteres <sup>10</sup> etiam hæredis institutionem alie-  
nationis verbo comprehendit non dubitarunt. (e)

(a) *Lib. II. C. VI. 14.*(b) *L. IV. C. X. §. 3.*(c) *In Disp. de orig. success. testam. §. 1. 21. 3.*(d) *arg. l. 67. de V. S.*(e) *l. 8. §. 2. 3. de alien. jud. mut. causs. l. 69. §. 3. de**Leg. II. l. 62. de adj. rer. dom. l. 1. ff. de fund.**l. 1. 83. §. 3. de leg. III. l. 8. §. 2. C. de secund.**nupt.***§. X.**

Recte itaque LAVTERBACHIVS (a) alienationes *Alienatio*  
vel ultima voluntate vel inter vivos fieri docet. (b) Ul-  
tima voluntate alienamus hæredem instituendo, legan-  
do, fideicommittendo, mortis causa donando. Inter <sup>voluntate</sup>  
vivos alienatio voluntaria ut plurimum fit tradizione, <sup>ter vivos.</sup>  
sive quasi, justo tamen titulo subnixa; aliquando vero  
eriam sine ea. Hinc est, quod alienationis verbo con-  
tineatur venditio, permutatio, donatio, in emphytheu-  
sis datio, (c) mancipioram manumissio, hypothecæ  
vel pignoris constitutio, ususfructus datio, (d) usfra-  
ctio, patientia, servitutum non utendo amissio, (e)  
earundem impositio vel remissio, (f) in solutum da-  
to, (g) transactio, (h) mitui datio, (i) cessio, (k)  
juris nostri remissio, (l) & alia.

(a) *in Coll. Th. Pr. L. IV. T. VII. §. 3.*(b) *l. I. §. I. si quid in fraud. patrov.*(c) *N. VII. C. I.*(d) *l. 7. C. de reb. alien. non alien.*(e) *l. 28. de V. S.*(f) *l. 3. §. 5. de reb. eor. qui sub tut.*(g) *l. 15. ff. quib. ex causs. in poss. eor.*

E 2 (h) l. 4.

(h) l. 4. C. de pred. & aliis reb. min. l. 1.

(i) vid. C. H. FABROTTI replicatio adversus SALMASI-  
VM apud III. OTTONEM. T. III. Tb. f. Rom.  
pag. 1242.

(k) vid. BRVNNEM. de Cessio. act. C. II. n. 1.

(l) BRVNNEM. ad. l. f. C. si major fact. alien. n. 9.

## §. XI.

*Vitiosa  
alienatio-  
nis defini-  
tio.*

Vitiosa alienatio est, quæ vitio laborat. Vitio autem afficitur alienatio, si vel res alienata non est in commercio, aut alienari prohibita, vel alienans non habuit jus alienandi, vel accipiens non gaudet jure accipiendi rem alienatam, vel denique præscripta in legibus alienationis forma non est observata.

## §. XII.

*Quando  
vitiosa ali-  
enatio con-  
valescat?*

Convaluisse autem vitiosa alienatio dicitur, quæ ultima remoto vitio valere incipit.

## §. XIII.

*Alienatio-  
nes ultima-  
tions primum  
volunta-  
factas &  
valescere;*

Acturi itaque de convalescentia vitiosæ alienationis ultima tions primum videamus de alienationibus, quæ ultima voluntate voluntate fiunt, deinde etiam de his, quæ inter vivos factas & perficiuntur. Nam utriusque generis alienationes et si que acrebitur initio inutiles, ex post facto novum robur sæpe acci- quas con- piunt.

## §. XIV.

*ut hæredis  
institutio-  
vem,*

Quamvis igitur militi omnes fere, qui testamen- ti factionem non habent, hæredes instituere liceat, si ramen poenæ servum instituat, non valebit institutio. Nihilominus si talis hæres institutus tempore mortis in civitate reperiatur, institutio incipit convalescere. (a) Testamentum item inutiliter factum firmitatem accipit, si testator postea miles factus & in expeditione degens illo resignato aliquid adjecterit vel detraxerit. (b) Testa- men-

mentum quoque summe irati licet non valeat, perseverantia tamen adparente convalescit. (c)

(a) l. 12. §. 2. de milit. test.

(b) §. 4. J. de milit. test.

(c) arg. l. 48. de R. J. III. A LEYSER sp. 342. M. 3. 4.

§. XV.

Pari modo legata inutiliter data repetitione confirmantur, quasi nunc dentur. (a) Et licet haeredi pro parte instituto inutiliter a se ipso legetur: Si tamen is haereditatem repudierit, legatum convalescit. (b)

(a) l. 19. ff. de legat. I. b. CHESIVS Interpret. Jur. L. II. C. III. n. 31.

(b) l. 17. l. 18. l. 87. & seq. de leg. I. b. CHESIVS. L. II. C. III. p. tot. ap. HEINECC. T. II. p. 336. seq.  
BRVNNEM, ad dd. ll.

§. XVI.

Porro si quis ante captivitatem testamentum fecerit, deinde apud hostes codicillis factis postliminio revertatur, humanitatis ratione codicilli, qui initio irriti erant, convalescunt, ut fideicommissum peti posse. (a) Item fideicommissum a filiofamilias vel servo relictum non valet. Si tamen manumissi decessisse proponantur, fideicommissum relictum videtur, quasi nunc datum, cum mors ei contingit, videlicet si duraverit voluntas post manumissionem. (b)

(a) l. 12. §. 5. de capt. & postl. revers.

(b) l. 1. §. 1. de Leg. III. & ibi BRVNNEMANNVS.

§. XVII.

Alienationes inter vivos inutiliter factas novum *Invalida* robur saepe accipere innumeris exemplis probari potest. rerum patrum rerum pupillarium alienatio non rite facta ex intervallo confirmatur, si major factus eam ratam habueat. alienatio. Quemadmodum autem nemo ratihabere potest convalescere negotium, cuius ipse nunquam habuit notitiam, ita ratibiliter inutile.

*tione ma-* inutilis alienatio ratihabitione non convalescit, nisi ma-  
*joris;* jor factus eam illegitime contractam esse sciverit. a)

(a) LAVTERB. de alienat. ver. que minor. sunt. §. 46.  
A LEYSER spec. 345. med. 7.

Non au-

Sunt autem hæc intelligenda de eo, qui annum  
tem mino- vigesimum quintum egressus eit. Qui enim veniam  
ris, qui ætatis adeptus est, bona immobilia sine decreto alienare  
veniam æ- nequit. (a) Unde facile reddi potest ratio, cur rati-  
tatis im- habitione ejus ante majorēm ætatem facta alienatio non  
petravit. convalescat. (b) Aliud sine dubio obtinet, si facultas  
alienandi bona immobilia minori rescripto Principis ex-  
presse concessa fuerit.

(a) PERILLUSSTRIS DE CRAMER in Diff. de jur. princ. con-  
ced. veniam ætut. §. 25.-32.

(b) ICTI TUBINGENSES T.I. Conf. L. XXXVIII. n. 39.

§. XIX.

*Tacitam,* Ut vero ad majores revertamur, nihil interest,  
ratihabi- expresse fiat ratihabito, an tacite. Nam si v. gr. ma-  
tionem suf- jor ab emtore prædii in ætate minore venditi reliquum  
ficere, pretium exigat, alienationem tacite ratihabuisse cen-  
fetur. (a) Idem est, si prædium sine caussæ cognitione  
venditum conduxit. (b) Factum dubium autem ra-  
tihabitionem non inducir, (c) sed illud demum, quod  
necessario infert approbationem gesti in minore ætate  
negotii. Unde si tale sit factum, ut alius gerentis ani-  
mus esse queat, tacitæ illud ratihabitionis effectum non  
habet. (d)

(a) BERGER in Oecon. Jur. L.I. T. IV. §. XI. not. 7.

(b) LEYSER c. I. med. 7.

(c) IDEM l. c. med. 8.

(d) LAVTERB. Coll. Tb. Pr. L. IV. T. IV. §. 33.

§. XX.

*ut silenti- Tacitam ratihabitionem etiam ex silentio majo-  
um majo- ris alienationem inutiliter factam intra certum tempus  
ris,* non

non impugnantis oriri certum est. Nam silentium illud, de quo in *l. fin. C. si major fact. alien.* agitur, non præscriptionem, ut quibusdam visum, sed quemadmodum CARPZOVIVS, (a) BERLICHIVS, (b) MEVIVS, (c) BRVNNEMANVS, (d) LAVTERBACHIVS, (e) P. MULLERVS (f) & alii recte docent, ratihabitionem inducit.

- (a) *L. V. Resp. 76. n. 21.*
- (b) *P. I. Dec. 112. n. 10.*
- (c) *P. VIII. Dec. 372. n. 1.*
- (d) *ad d. l. f. C. n. 6.*
- (e) *in Diff. ad. d. l. f. §. 20.*
- (f) *ad l. 29. de R. J.*

§. XXI.

IVSTINIANVS enim in *d.l.f.* sancit, si quæ res per tem-  
minorum sine decreto fuerint alienatæ, inutilem hanc *pus legitimi-*  
alienationem roborari, si ad perfectam ætatem iidem *mum.*  
minores provecti per quinque annos continuos post im-  
pletam minorem ætatem numerandos super tali aliena-  
tione nihil fuerint conquerti. Donationes vero mino-  
rum sine decreto factas non aliter firmitatem habere vo-  
luit Imperator, nisi post viginti quinque annos impleros,  
inter præsentes quidem decennium, inter absentes vicen-  
nium donatore acquiescente effluxerit. Qui constitu-  
tionem ipsam legunt, nullo negotio intelligunt, Impe-  
ratorem non præscriptionis terminum prætituere, sed  
tempus, ex cuius lapsu tacita ratihabito nascatur, de-  
terminare voluisse. Supponit enim majorem aliena-  
tionis non rite factæ notitiam habuisse, querelam longo  
silentio tradidisse, arque ita alienationi non rite factæ  
acquievisse. Ne vero silentium hoc disputandi occa-  
sionem præbeat, an ratihabito exinde colligi possit, nec  
ne, Imperator certum tempus ad tales confirmationem  
præfigendum esse censuit, & silentium per tempora de-  
finita ad tacitam ratihabitionem inducendam sufficere  
voluit.

§. XXII.

## §. XXII.

*L. f. C. si  
maj. fact.  
explica-  
tur.*

Non una tamen circa interpretationem legis humanae facta jus superest difficultas. Imperator loquitur de rebus minorum sine decreto alienatis. Hinc MEVIVS (a) silentium quinquennii saltem defectum decreti supplere, alienationem autem sine iusta causa factam ea ratione non convalescere contendit. Nec defunt, qui dispositionem d. l. f. C. refringunt ad alienationem impleta pubertate factam. Sed aequior est sententia LAVTERBACHII, (b) BERGERI (c) & aliorum, qui utrumque negant, & silentium quinquennii tacita ratificationis effectum habere putant, et si in pupillari aetate facta fuerit alienatio, vel ex alio capite, quam ob deficiens decrementum nulla sit; utpote si absque causae cognitione vel sine iusta & necessaria causa vel subhastatione ulla facta est. Ex mente Imperatoris itaque nihil refert, alienatio facta fuerit 1) a pupillo vel minore auctoritate tutoris vel consensu curatoris, sive 2) a tutele vel curatore praesente & sciente pupillo vel minore, sive 3) a minore solo post impetratam veniam aetatis, sive 4) a pupillo vel minore absque tutele vel curatore. (d)

(a) *P. VIII. Dec. 372. n. 8.*

(b) *in Diff. ad l. ult. C. si major. fact. §. VIII.*

(c) *in Oecon. Jur. Lib. I. T. IV. §. XI. pag. 198. §.  
Conf. 595.*

(d) *post GLOSSAM BRVNNEMANNVS ad d. l. f. C. n. 3.  
LAVTERB. l. c. §. XIV. BERGERVS l. c. p. 199.*

## §. XXIII.

*De Cur-  
tore inscio  
minore  
alienante.*

An vero sub dispositione d. l. f. C. etiam continetur casus, si tutor vel curator inscio pupillo vel minore bona immobilia alienavit, in dubium vocatur. Negativam praeter alios in respondendo fecutus est L. B. DE WERNHER, (a) alienationem, que ob neglectas solennitates externas nulla est, distinguens ab alienatione, quae non valet ob neglecta substantialia, veluti si pupilli vel minoris consensus non adhibitus, vel contractus ob dolum

dolum adversarii nullus sit. Verum alia distinctione opus est. Aut enim major factus alienationem a tute illegitime factam esse ignoravit, aut notitiam ejus habuit. Si prius, major ex lapsu quinquennii damnum sentire non debet. Sin posterius, nulla apparet ratio, cur ratihabitioni locum denegemus. Indefinite enim Imperator loquitur de rebus minorum sine decreto alienatis. Et cum extra dubitationem positum sit, quod negotium ab alio nobis insciis nomine nostro gestum ratihabitione confirmari possit, hanc formare licebit regulam, quod omnis alienatio, quæ tacita ratihabitione potest confirmari, etiam silentio quinquennii convalescat.

(a) *Vol. IV. P. VI. Obj. 482. &c. in Suppl. ad. d. Observ.*

§. XXIV.

Tempus illud ratione cursus continuum, ratione initii vero urile est, & si quidem major alienatio illegitime factæ notitiam non habuit, demum cur tempore scientiae, cum alias computantur quinque annos, cur dum sit a momento completi anni vigesimi quinti. Hinc judicandum, an major adversus lapsum quinquennium curpiat? nisi exceptione ignorantiae se tueri queat. Et videtur hoc utique fieri posse, quia ut supra vidimus, omnis ratihabito supponit notitiam negotii ratihabendi. In alia quidem omnia abit *III. a LEYSER.* (a) Sed nos LAVTERBACHIVM (b) sequimur.

(a) *I. c. Spec. 345. Med. IV.*

(b) *LAVTERBACH. c. l. §. 21. seq.*

§. XXV.

Interdum etiam durante ætate minori alienatio *Alienatio invalida* inutiliter facta convalescit. Nam quia concessio Principis ad instar præsidialis decreti est, (a) adeoque defensio etiam conseruum eius supplet: (b) non est dubium, quin alienatio rerum immobilium minoris sine decreto facta, re-scripto Principis prævia cause cognitione impetrato, *Principis, convalescat.* (c)

F

(a) *I. 2.*

- (a) *I. 2. C. quando decret. non est opus.*  
 (b) *BRVNDEM. ad d. l. BERGER Conf. DXVIII. in fin.*  
 (c) *arg. l. 2. ff. de reb. rorū qui sub tutel. &c. LAV-*  
*TERBACH. Vol. II. Conf. Tub. CXII. n. 18.*

*vel confir-  
matione  
magistra-  
tus,*

### §. XXVI.

Decretum magistratus ad validam pupillarium rerum alienationem requiri satis constat. Quod ex principiis juris Civilis præcedere debeat, contendunt D. GOTHOFREDVS, (a) I. VOET, (b) CARPOVIVS, (c) LYNCERVS (d) & alii. Alienationem vero rerum pupillarium non præcisè requirere antecedens decretum magistratus, sed per confirmationem ejus subsequentem convalescere BERGERVS (e) atque WERNHERVS (f) recte affirmant.

- (a) *ad l. 5. §. 9. ff. de reb. eorum &c.*  
 (b) *in Comm. ad Pand. L. XXVII. Tit. IX. num. II,*  
*pag. 247.*  
 (c) *L. V. Rsp. 68. num. 18. 19.*  
 (d) *in Anal. ad Struv. Synt. J. Civ. tit. de reb. eor.*  
 (e) *in Resol. leg. obſt. in Comp. Laut. eod. tit. p.*  
*m. 510.*  
 (f) *P. I. Obſ. CCLIV.*

*vel jura-  
mento mi-  
noris,*

### §. XXVII.

Neque dubium est, quin alienatio talis sine decreto facta ex principiis Juris Canonici convalescat, si minor eam juramento confirmet. (a)

- (a) *L. B. DE WERNHER. P. II. Obſ. 415.*

*vel ratiba-  
tionē tu-  
toris.*

### §. XXVIII.

Idem obtinet, si tutor negotiorum a pupillo gestum ratihabeat. Quamvis enim auctoritas tutoris olim in ipso negotio præfari debuerit, hodie tamen approbationem ejus ex post facto intervenisse sufficit. (a)

- (a) *STRYK in Uſu Mod. L. XXVI. Tit. VIII. §. 1.*  
*& Lib. XXXIV. Tit. VII. §. II.*

### §. XXIX.

§. XXIX.

Alienatio prædii dotalis a marito contra prohi- *Alienatio*  
bitionem L. Juliae facta ipso jure nulla est, & secuta ex prædii to-  
ea traditio viva muliere nec dominium nec conditionem *talts* con-  
usucapiendi transfert. Si autem defuncta postea mulie- *valescit*, si  
re dos tota lucro marii cessit, venditio convalescit. (a) *dos lucro*  
*(a) L. 17. ff. de fund. dotal. l. 42. de Usuc. g. NOODT mariti ces-*  
*in Comment. ad Pand. L. XXIII. Tit. V. p. 507. sit.*

DE WERNHER P. II. Obs. 386. p. m. 731.

§. XXX.

Idem Juris est, si uxor in alienationem prædii *vel uxor*  
dotalis a marito factam post biennium consenserit, eam- *post bien-*  
que ratihabuerit, dummodo vir solvendo exsistat. (a) *nium in*  
Quamvis enim *LAVTERBACHIVS* (b) Novellam LXI. de *alienatio-*  
alienatione donationis propter nuptias agere putet: *con-*  
*nem denuo*  
traria tamen sententia prior est. Nam cum *IMPERA- consentiat,*  
*TOR* dixisset de donatione propter nuptias, mox §. 3.  
subjicit: *atque hæc multo magis in dote obtineant, si que-*  
*dam de dote ali- naverit.* Unde ne quidem est, ut aliena-  
tionem hoc casu ex bono & æquo sustineri dicamus  
cum voetio, (c) quia ipso Jure Civili convalescit. (d)

(a) *Novell. LXI. C. 1.*

(b) *Colleg. Tb. Pr. L. XXIII. T. V. §. XVI.*

(c) *in Comment. ad Pand. L. XXIII. T. V. §. 6.*

(d) *add. LEYSER Sp. 311. Med. 3.*

§. XXXI.

Imprimis vero ratihabitione invalidæ rerum ec- *Alienatio*  
clesiae alienationes convalescunt. Alienatio enim rerum *rerum ec-*  
ecclesiae a Rectori vel Prælato sine solennitate facta nulla *clesiae con-*  
quidem est, sed ratihabitione Capituli convalescit. (a) *valescit ra-*  
*(a) c. 3. X. de bis que fiunt a præl. GONZALEZ tibabitioe*  
*TELLEZ ad c. 3. X. de transact. T. I. pag. 869. capituli;*  
*n. II. 12. BOEHMER J. Eccles. Prot. Lib. III.*  
*Tit. XII. §. 38.*

## §. XXXII.

*vel aucto-* Neque dubium est, quin Pontificis auctoritas  
*ritate Pa-* eundem effectum habeat. Cum enim alienatio con-  
*pæ;* sensu Papæ munita valeat, licet omnia solennia defue-  
 rint; (a) consequens est, quod alienatio ob defectum  
 solennium nulla ejus auctoritate confirmetur.

(a) vid. BOEHMER T. I. P. I. Conf. LX. n. 7.

## §. XXXIII.

*nec non E-* In prælaturis mediatis præter reliquas solenni-  
*piscopi vel* tates etiam Episcopi & in terris protestantium, princi-  
*Principis* pis consensu ad alienationem bonorum ecclesiæ requi-  
*territoriæ.* ritur. (a) Eo non adhibito non valet quidem aliena-  
 tio, sed consensu Episcopi vel Principis postea accidente  
 convalescit.

(a) III. BOEHMER in J. Eccles. L. III. tit. 13. §. 41.

## §. XXXIV.

*Non au-* An vero talis alienatio præscriptione firmetur,  
*tem præ-* inter Jure Consulros disputatur. Negativam tanquam  
*scriptione,* veriorem amplectimur. Quamvis enim bona Ecclesiæ  
*ne quidem* præscriptioni utique subjecta sint, ut non solum imme-  
*immemo-* moriali sed etiam quadraginta annorum præscriptione  
*riali.* adquirantur: (a) non tamen ideo inutilēm alienatio-  
 nem præscriptionis auxilio convalescere dicendum est.  
 (b) Qui per legitimū tempus bona ecclesiastica pos-  
 sedit, tutus utique est, eorumque dominium nancisci-  
 tur, (c) non autem vi alienationis, quæ inutiliter facta  
 vetustate non firmatur, & in se nulla manet, sed auxilio  
 præscriptionis, qua dominium, quod non rite facta  
 alienatione penes ecclesiam remanserat, possessori adqui-  
 ritur. Non ergo eorum sententiam sequimur, qui  
 omnium solennium defectum vetustate suppleri, (d) vel  
 rerum, quæ commercio exemptæ sunt, alienationem,  
 immemoriali præscriptione convalescere tradunt. (e)

(a) Tubing. T. I. Conf. XI. n. 14. 15. .

(b) BOEHMER T. I. P. I. Conf. LX. n. 23. 24.

(c) L.

- (c) *L. B. de LYNCKER. T. I. Rep. 98. n. 3.*  
(d) *vid. BOEHMER in Jur. Paroch. Sect. VI. C. II.  
§. XXVII.*  
(e) *Ill. A LEYSER ad Pand. Spec. 401. Med. 2.*

§. XXXV.

Venditio rei furtivæ confirmatur , si vendor *reifurtivæ*  
postea domino hæres exstitit. (a)  
(a) *I. 42. de Usuc.* quando  
*convales-*  
*cat?*

§. XXXVI.

Pergamus ad materiam donationum, & prius *Donatio-*  
quidem videamus de his , quæ inter conjuges sunt, & nes *inter*  
ipso jure nullæ sunt. Et dubium non est, quin, si do-*conjuges*  
nator prior vita deceperit & conjugi, in quem donatio *morte do-*  
collata est, supervixerit, donatio morte donantis con-*nantis con-*  
firmetur, idque ex oratione d. ANTONINI, qui Sena-*firmari.*  
tui auctor fuit, ut aliquid laxaret ex juris rigore. (a)  
Tum vero demum Oratio locum habet, si donatorem  
non poenituerit donationis. (b) Nec expresse tantum,  
sed tacite quoque rebus ipsis & factis donatorem voluntatem  
suam revocare posse certum est. (c) Qualis au-  
tem mors intelligatur, naturalis an civilis, in quaestio-  
nen incidit. De naturali, sive violenta fuerit, sive  
non, orationem interpretandam esse ex *I. 32. §. 6. 7. 8. de*  
*don. int. vir. & uxor.* manifestum est. Sed hoc quo-  
dammodo mutavit **CONSTANTINVS** (d) Imperator,  
& si quidem donator servus poenae effectus fuerit, do-  
nationem maritalem ante tempus criminis ac reatus in  
uxorem collatam observandam esse præcipit, tanquam  
si maritum ejus natura non poena subduxerit. Cere-  
rum nihil interest, utrum donatio inter conjuges tradi-  
tione perfecta fuerit, an vero in solis promissionis ter-  
minis substiterit. Quamvis enim **VLPIANVS** (e) fibi  
hic non satis constare videatur; contrarium tamen viri  
summi **I. VOET** (f) & **G. NOODT** (g) folide ostens-  
erunt,

derunt, & de reliquis personis, quas ANTONINI oratio complectitur, veluti socero, genero & aliis, qui prohibentur, ex instituto egerunt.

- (a) l. 32. §. 1. 2. 14. ff. de D. *J. V.* & *V.*
- (b) d. l. 32. §. 2. 3. 4.
- (c) G. NOODT *Lib. XXIV. T. I.* pag. 519.
- (d) in l. 24. *C. de Donat. int. vir. & uxor.*
- (e) in l. 23. l. 32. §. 1. & §. 23. item in l. 33. pr. & §. f. *D. de Don. int. Vir. & Uxor.*
- (f) in *Comment. ad D. Lib. XXIV. Tit. I. n. 5.*
- (g) in *Comment. ad Dig. Lib. XXIV. T. I. p. m. 517. 518.*

### §. XXXVII.

*Quibus modis donatio in potestate patrem & liberos, natio a patre liberis facta convalescat?* Quod Jure Romano inter patrem & liberos, quos in potestate habet, donatio non subsistat, inter omnes constat. (a) Sed variis modis eam confirmari, pariter certum est. Nam si pater non revocata donatione moriatur (b) vel emancipatione facta res donatas filio non ademerit, (c) donatio convalescit. Idem secundum Juris Canonici principia dicendum esse, si pater donationem juramento confirmaverit GAILIVS (d) atque STRYKIVS (e) recte tradunt.

- (a) l. f. *C. de impub. & al. substit. l. 11. l. 17. C. de donat.*
- (b) l. 25. *C. de donat. int. vir. & uxor.*
- (c) l. 31. §. 2. *D. l. 17. C. de donat.*
- (d) *L. II. O. 38. n. 7.*
- (e) in *Uso mod. Lib. XXXIX. T. V. §. 2.*

### §. XXXVIII.

*De convalescentia servitutum.* Servitutum convalescentium species non ita magno numero occurunt. Quæ vero existant satis probant, servitutes inutiliter constitutas aliquando ex post facto confirmari. Imprimis ad rem facit species a PAVLO (a) proposita, qua si unus ex sociis servitutem initio inutiliter constituerit, servitus tamen reliquorum cessione

fione confirmatur. Quia enim omnis servitus sui natura individua est, ut pro parte nec acquiri nec amitti possit, unus dominorum invito altero praedio pro indiviso communi servitutem imponere nequit, (b) adeo, ut si ab uno tantum cessa fuerit, vel saltem non ab omnibus, illi qui jam constituerunt, ex subtili juris ratione possint prohibere, ne servitute utamur, (c) quia ultima cesso æque ac prior infirma est, quamvis cel-svs (d) benignius dici potest, & antequam novissimus cesserit, eos, qui antea cesserunt, vetare uti cesso jure non posse. Interim tamen reliquorum cessione superiores confirmari & CELSVS, (e) & PAVLVS (f) existimant. Si ergo socii fundo communi actu inter vivos diversis temporibus servitutem imponant, non prius valida erit servitutis constitutio, quam ex quo novissimus pro sua parte eam cesserit; & tunc posterior cesso non retrotrahitur ad priorem sed prior ad posteriorem. (g) Non autem hæc procedunt, si quis eorum, qui prius cesserunt, ante cessionem aut vita decesserit aut partem suam alienaverit. Tunc enim nova haeredis vel successoris particularis cessione opus esse ex l.f. ff. *Comm. præd.* patet. Ex qua etiam liquet, idem juris esse, si unus servitutem cedat, alter leget. Si autem plurium sociorum testamentis servitus relicta fuerit, non aliter servitus legatario acquiritur, quam si utriusque testatoris haereditas eo tempore pariter audeatur. (h) Aliam servitutis convalescentis speciem exhibet idem PAVLVS in l.7. ff. *Commun. præd.*

(a) in l. f. D. *Commun. præd.*(b) l. 2. ff. *de Servit.* l. 34. *de S.P.R.*(c) F. HOTMANNVS *Obj. Lib. VII. C. I. § 2. A. FA-BER Conj. Lib. XIX. C. XVI.*(d) l. 11. *de S.P.R.*

(e) in de l. 11.

(f) in d.l.f. *commun. præd.*(g) HILLIGER ad DONELLVM *Libro XI. C. IX.*  
*Lit. G. H.*

(h) vor-

(h) VOETIVS in Comment. ad. D. Lib. VIII. T.  
IV. num. 9.

§. XXXIX.

Pignus quoque inutiliter constitutum saepe confirmatur. Si res aliena ignorante domino pignori data fuerit, creditor quidem nullum jus in re consequitur; sed si dominus rem ratam habuerit, pignus valebit. (a) Idem obtinet, si is, qui rem alienam pignori dedit, deinde ejus rei dominus factus est, sive quia domino haeres exstitit, sive ex titulo particulari rem naecus est. Quamvis enim pignus ita non quidem directo convalescat, nec ordinaria actio detur: utilis tamen persecutio competit. (b) Neque hoc dubitationem recipit, si creditor rem alienam sibi oppignorari ignorabat. Secus scienti res aliena oppignorata fuerit. Nam PAPINIANO (c) auctore, *difficilius creditoris, qui non ignoravit alienum, utilis actio dabatur; sed facilior erit possidenti retentio.* Verba: *difficilius utilis actio dabatur, negotium facebant ictis.* i. VOETIVS (d) hunc ea habere sensum existimat: quod facilius quidem possidenti hoc casu exceptio detur, non tamen ideo creditori actione utili in totum destitui. E contrario G. NOODT (e) verba haec modestam & ictis neque iniuritaram neque indecoram negationem continere putat. Atque haec sententia, nili omnia nos fallunt, priori preferenda est. Licet enim vix negari posit, eam loquendi rationem, qua PAPINIANVS usus est, affirmativum sensum habere posse: aliquando tamen, ut idem NOODTIVS ostendit, illa negative accipi, pariter certum est. Hoc autem loco id fieri debere, tum vis locutionis, tum etiam dicta a PAVLO in l. 16. §. 1. D. de pign. act. suadent. Difficilior quæstio est, an pignus convalescat, si re aliena ignorante domino obligata, dominus postea fiat debitoris haeres? Nam vel eruditissimi viri inter PAVLVM (f) & MODESTINVM (g) dissensum agnoscunt,

scunt, (h) & quod ille negaverat, hunc affirmare censem. Sed si ex mente NOODTII (i) rem pondere-mus, nulla est inter dictos ictros opinionum diversitas. Utrumque statuere existimat, pignus ne utiliter quidem convalescere: sed PAVLVM æque ac MODESTINVM censere, quod creditoris utilis pignoratitia contraria danda sit, ut debitor nova conventione pignus firmet. Verum quæ difficultates hanc sententiam non plane novam premant, i. VOETIVS (k) jam animadvertisit. Quia autem ratione ipse ictros hos quoad speciem certe sibi contrarios in concordiam redigi posse putet, videamus. *Magis est,* inquit, ut *inspiciamus, utrum testator rem Titii, qui postea testatori heres existit, obligaverit simpliciter ignorante eo, an vero invito eo & prohibente: ut, siquidem eo ignorante id factum sit, utiliter saltem pignus convalescat;* convenienter d. l. 22., *qua expresse meminit domini ignorantis: sin eo invito & prohibente, ne utiliter quidem pignus ex post facto sustineatur; idque secundum d. l. 41., in qua nulla ignorantis mentio est sed ejus, qui rem Titii postea succendentis obligaverat sine Titii voluntate, adeoque intelligens satis, se id invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permisurum, uti in materia furti Imperator loquitur §. 7. 3. de Oblig. quæ ex delict.*

- (a) l. 20. ff. de pign. act.
- (b) l. 41. ff. de pignorat. act. l. 5. C. si alien. res pign. l. 7. §. 2. ad SCt. Macedon. arg. l. 9. §. 3. qui pot. in pign.
- (c) in l. 1. pr. ff. de pignor. & hyp.
- (d) in Comment. ad Dig. L. XX. T. III. n. 4.
- (e) in Comment. ad Pand. L. XX. T. I. p. 437.
- (f) in l. 41. de pignor. act.
- (g) in l. 22. de pignor.
- (h) apud STRYKIVM in Uſu Mod. Lib. XX. T. III. §. IV.
- (i) l. c.
- (k) l. c. T. I. p. 882. n. 5. in fin.

G

§. XL.

**Exem-**  
plum ma-  
tare testamento iussus est, ante aditionem manumittat,

**numissio-**  
nihil quidem agit: sed post aditionem libertas servo  
nis conva-  
data secundum voluntatem testatoris convalescit. (a)

(a) BRVNNEMANN, ad l. 20. §. 1. ff. de Condit. Inst.

**An mutu-  
um pecu-  
niæ con-  
sumtione  
firmetur?**

## §. XL.

Mutuum quoque ab initio inutiliter datum ex post facto sepe confirmari traditur. Nummis enim alienis sine domini voluntate credendi causa datis, nihil quidem eorum accipientis fieri palam est: sed nummis bone fide consumtus & obligatus esse, qui accepit, incipit, & condicō numeranti datur. (a) Hinc mutuum pecuniae consumtione convalescere F. HOTMAN-NVS, (b) I. GOEDDÆVS, (c) BRVNNEMANNVS (d) & alii affirmant. Quin licet reprobri nummi esse dicantur, iis tamen per accipientem tanquam probis expensis, jus numerantis ex consumtione firmari I. VOETIUS (e) contendit. Similiter mutuum convalescere putant, quoties pupillus, furiosus vel alius, qui jus alienandi non habet, pecuniam crediderit, accipiens vero eam bona fide consumserit. (f) Quamvis enim his non assentiat G. NOODT; (g) ex veteribus tamen ipsum THEOPHILVM (h) hanc sententiam fecutum esse appareret. Posteaquam, inquit, nulla ei ex juris regulis actio competit, reliquum est, ut conditionem habeat, & quod pecuniae numeratione effectum non est, ut sc. mutuum conficeret, & conditione teneretur accipiens: id efficiat bona fides consumtis. Nam & hic oritur condictio.

(a) l. II. §. 2. l. 12. l. 13. pr. & §. 1. l. 19. §. 1. in  
f. de reb. cred. add. l. 56. de fidej.

(b) Observ. Lib. VII. Cap. II. Op. T. I. P. II. pag.  
210. Lit. B.

(c) de

- (c) *de reb. cred. C. III. n. 5. seq.*
- (d) *ad dd. ll.*
- (e) *in Comm. ad Pand. Lib. XII. T. I. n. 8.*
- (f) *ad dd. ll.*
- (g) *in Comm. ad Pand. Lib. XII. T. I p. 273.*
- (h) *in parapbras. ad. §. 2. f. quib. alien. lic. vel non.*

§. XLII.

Quemadmodum vero pupillus sine tutoris au- *Species*  
otoritate pecuniam non recte credit : ita ex omnibus *convale-*  
caussis solvendo non adhibito tutore nihil agit, quia domi- *scentis fu-*  
num in alium transferre non potest. (a) Pecunia tamen *lutionis.*  
a creditore bona fide consumta, eum liberari & **IVLIA-**  
**NVS** (b) & **GAIVS** (c) statuunt. Solutionem ita  
que hoc casu convalescere non ambiguum est.

- (a) *I. 9. §. 2. ff. de auct. tut. & curat.*
- (b) *in I. 19. §. 1. ff. de R. C.*
- (c) *d. I. 9. §. 2. de auct. & conf. tut. & Curat.*

§. XLIII.

Transactio ab eo , cui jus transfigendi non *Transactio-*  
competit, inita, transactio quidem non tenet, sed rationem *ra-*  
tihabitione secuta eam confirmari constat. (a) Nec ex-ti-habitione  
prefsa tantum, sed etiam tacita ratihabito hunc effectum *confirma-*  
habet. Unde si transactio a curatore immiliter inita *ri.*  
fuerit, minor autem post adeptam majorem ætatem per  
quinquennium siluerit , convalescit. (b) Judicium  
etiam, si procurator sine mandato agat, non valet: (c)  
si tamen dominus ratum habeat, quod gestum est con-  
valescit. (d)

- (a) *c. 3. X. de transact.*
- (b) *BRVNNEM, ad I. f. C. si maj. fact. alien. fact. n. 9.*
- (c) *I. 24. C. de procurat.*
- (d) *I. 56. ff. de jud. I. AVERANIVS L. I. C. X. n. 39.*

G 2

§. XLIV.

52 Caput II. De convalescentia vitiōse alienationis.

§. XLIV.

*De Remis-*

*fione con-*  
*valecente.*

Cum porro pupilius vel minor regulariter ne-  
quidem cum tutore vel curatore donare possit, & remis-  
tio donationis species sit, recte BRVNNEMANVS (a) sta-  
tuit, quod, si tutor sciente pupillo de jure ejus quid re-  
miserit, lapsus quinquennii post perfectam aetatem ad  
confirmationem remissionis non sufficiat, sed silentio  
per decennium opus sit, ut remissio convalescat.

(a) ad d. l. f. C. si maj. fact. alien. n. 9.

§. XLV.

*Quando*  
*intercessio*  
*a muliere*  
*pro extra-*  
*neo facta*  
*convale-*  
*scat?*

Mulieres Scto Vellejano pro aliis intercedere  
prohiberi inter omnes confitat. Et quamvis IVSTI-  
NIA NBS hoc illis indulserit, ut, si quae mulier intra  
biennale tempus post priorem cautionem numerandum,  
pro eadem caufa fecerit cautionem, vel pignus aut in-  
tercessorem dederit, nihil sibi præjudicet: si tamen cum  
perfectæ aetatis esset, intercessionem post biennium re-  
iteraverit, intercessio convalescit. (a)

(a) l. 22. C. ad SCtum Vellej.



## ERRATA

- Pag. 3. §. 2. lin. 13. *lege ἐτερόθαλμος*. In alleg. (b) *lege 493.*  
P. 4. §. 6. all. (b) *leg. de R. Z.*  
P. 5. §. 7. lin. 6. *leg. substitut: §. 8. in marg. leg. confirmare.*  
P. 8. in rubr. *leg. Caput I.*  
P. 9. lin. 21. *leg. intendatur.*  
P. 11. §. 16. alleg. (b) *leg. dat.*  
P. 12. §. 17. all. (b) *leg. §. 2.*  
P. 13. §. 20. lin. 4. post verb. *MULLERO pon. (a)*  
P. 15. lin. 3. *leg. TELLEZ: all. (c) leg. inutil.*  
P. 16. §. 24. in marg. del. *etiam*  
P. 18. lin. 15. *leg. LUDOVICI.*  
P. 19. all. (o) *leg. T. XXIV.*  
P. 22. §. 31. loc. alleg. (c) *pon. (d) & vic. vers.*  
P. 23. lin. 22. post verb. *praescripta est: pon. (a)*  
P. 26. §. 39. in all. (b) *leg. l. 65. §. 1.*  
P. 30. §. 2. lin. 5. *leg. quos.*  
P. 35. §. 10. lin. 5. post verbum traditione, addatur: *sive vera,*  
P. 45. §. 34. alleg. (e) *leg. 461.*  
P. 46. lin. 2. post verbum: *qui, addatur: propter matrimonium*  
*donare*

### ATARIA

geg. 3. 3. 3. 3. 3. 3.  
e. R. e. R. (d) III. 2. 2. 2. 2. 2.  
3. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
A. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
3. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
B. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
3. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
C. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
D. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
E. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
F. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
G. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
H. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
I. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
J. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
K. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
L. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
M. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
N. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
O. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
P. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
Q. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
R. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
S. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
T. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
U. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
V. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
W. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
X. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
Y. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
Z. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.

VIKK.

(a) II. 2. 2. 2. 2. 2.  
b. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
c. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
d. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
e. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
f. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
g. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
h. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
i. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
j. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
k. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
l. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
m. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
n. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
o. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
p. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
q. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
r. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
s. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
t. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
u. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
v. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
w. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
x. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
y. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
z. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.





Marburg, Diss., 1945-46





**Farbkarte #13**



B.I.G.

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE G. 25. num. 43.

**CONVALESCENTIA  
VITIOSAE ALIENATIONIS**

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO FRIDERICO**  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIOVA

PRAESIDE

**AEMILIO LVDOV. HOMBERGK**  
JU. Bach

IVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE ORDINARIO  
H. T. PROMOTORE

**PRO LICENTIA**

CONSEQUENDI SVMROS IN VTRQVE IVRE HONORES  
AD D. XXV MAI C1510CCXXXXV

H. L. Q. S.

PUBLICO ACADEMIAE PROCERV M EXAMINI  
SVBMITTIT

**HENR. CAR. HOMBERGK** JU. Bach  
HASSVS.

MARBURGI CATTORVM LITTERIS MULLERIANIS.

